CENTILOQUIA PHILOSOPHICA REUERENDISSI MI ABBATIS D. LEONARDI...

Leonardo fl. 1665
Pelagalli, ...




BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
12
16 B
45



CENTILOQVIA
PHILOSOPHICA

Reuerendissimi Abbatis
D. LEONARDI PELAGALLII
Procuratoris Generalis Monachorum Siluestrinorum.
Olim Lectoris.

PRO CONCERTATIONIBVS
Romæ Publicè Habendis
A D. AMBROSIO MANNVCCIO
Monacho Fabrianensi

SVB FELICISSIMIS AVSPICIIS
EMINENTISS. AC REVERENDISS.
PRINCIPIS
CAROLI MEDICEI
S. R. E. CARD. AMPLIS.
ET S. COLLEGII DECANI.

PRIMAE PARTIS.

Cum Dupplici Indice Centiloquiorum, ac Rerum.

Bibl. Secr. ex leg. Coll. Rom. S.I. Card. Pallav.

ROMÆ,
Typis Ignatij de Lazzaris. MDCLXV


Superiorum Permissu.


EMINENTIS. AC REVEREN.

PRINCIPI.

CAROLO MEDICEO

S. R. E. CARDINALI
Amplissimo, ac Sacri Collegij
Decano.





IAMDIV, multumque meus reluctauerat animus; sed tamdem Superiorum iussis, & amicorum consilijs acquiescens Centiloquia Philosophica subcisiuis elaborata temporibus in lucem edere coactus sum; eoque magis violentia, vt ita dicam, inualuit, quò nonnulli nostræ Congregationis Stu-

§ 2 dio-

diosi adolescentes illa sibi publicè defendenda alacri animo proposuerint: attamē sub quibus auspicijs, aut sub quo tutelari Numine adhuc anceps, & inscius. Affulsit interim splēdidissimus fulgor (Eminentissime Princeps) ex ignitis globulis tuis aureo præinsertis Cœlo, quo recreatus animus patrocinium sibi quærere ausus est Amplitudinis tuæ. Vnicus enim sufficit, ne sub trifaucis Cerberi dentem infaustè decidāt, dum hæc Centiloquia mea æternam quæritant lucem. Vt enim melle saporata, medicatisque frugibus ossa inexorabili

li

li monſtro obiecta Troianus ille Heros ſibi iam iam impendentem euitauit interitum, iterumque ad ſuperos reuocauit gradus immortalem fruiturus lucem: ita Mediceis orbiculis euitabunt quicquid vmquam lethiferi à maleficis Zoilorum dentibus perpeti poterunt Centiloquia mea. Prodeant igitur alacriter æuiternos duratura dies. Explicant enim formoſam totius Philoſophiæ faciem non ſinuoſis, ac flexuoſis verborum veſtibus indutam, quò ampulloſiorem ſui pompam faciat, ſed vt fortaſſe arctiore, & agreſtiore amicta cul-

§ 3 tu

tu quasi intra breuitatis can cellos delitescens in studiosorum lycæis modestior, ideoque venustior appareat. Qualiacumque sint, in obsequentissimum obseruantiæ meæ argumentũ Emin. Tuæ consecrata deuoueo: Et vt ea, qua semper assoles, munifica beneuolentia vna cum ipsorum propugnatore excipias, precor. Vale.

Em. V.

Addictissimus, & Humillimus Seruus.

D. Leonardus Pelegallius.

D.

D. FERDINANDVS GATTOuecchius Dei, & Apostolicæ Sedis gratia Congregationis Monachorum Syluestrinorum Abbas Generalis.

CVm Centiloquia Philosophica à D.Leonardo Pelagallio in Romana Curia Congregationis nostræ Procuratore Generali cōscripta non solū aliquot eiusdē Congregationis Theologi, quibus id commisimus, recognouerint, atque in lucem edi posse probauerint, sed etiam nos ipsi summa cum voluptate perlegerimus, facultatem facimus, quinimo suademus, ac præcipimus vt typis dentur, si ijs, ad quos pertinet, ita videbitur. In cuius rei gratiam has literas manu nostra subscriptas, ac sigillo munitas dedimus. Fabriani ex nostro Cœnobio D. Benedicti 7. Septembris 1659.

§ 4 TY.



Imprimatur.

Si videbitur Reuerendissimo Patri Magistr. Sac. Pal. Apost.

O *Archiep. Patracen. Vicesg.*

Imprimatur,

Fr. Hyacinthus Libellus Sacr. Palat. Apost. Magister.



TYPOGRAPHVS BENIGNO LECTORI.

DVo te monitum velim (Benigne Lector) antequam Centiloquia ista Philosophica perlegas. Primum, vt inter alios, quid de istis sentiat sapientissimi, ac doctissimi Patres Ioannes Augustinus Tertaglia Carmelita discalceatus, & Martinus de Esparza Societatis Iesu tu accipias, sicuti ego ab ipsismet Patribus in subsequentibus responsiuis literarum exemplaribus ad Auctorem accepi. Secundum vt

certo ſcias hæc plus longe valoris, & æſtimationis habere, quam prima fronte præſeferant. Ea igitur libenter, & attentè percurre: ſi errorẽ offenderis, mihi dumtaxat, tribue, cum Auctor grauioribus curis implicatus à typis animum ſemper auerterit. Vale.

RE-

REVERENDISS. PATRI Abbati D. Leonardo Pelegallio Procuratori Generali Monachorum Siluestrinorum.

VIdi Centiloquia Philosophica à V. P. R. mihi transmissa, attente perlegi, & singularem ex lectione voluptatem hausi, aduertens breuem in ipsis methodum, philosophiæ totum ambitum complectentem, in physicis quæstionibus differendis perspicuam subtilitatem, in enodandis grauibus difficultatibus compendiosam facilitatem, cum ingenij acumine doctrinæ solidioris maturitatem: dignaque censeo, vt ad communem vtilitatem, licet humili V.P.R. modestia reluctante, edantur in lucem: &

quæ à Philoſophiæ candidatis præ manibus ſemper, & præ oculis habeantur. Romæ in Conuentu noſtro Sanctæ Mariæ de Scala die 19. Nouemb. anno 1664.

V. P. R.

Humillimus Seruus.


Fr. Ioannes Auguſtinus à Natiuitate Carmelita Diſcalceatus.

RE-

REVERENDISS. PATRI Abbati, & Procuratori Generali Monachorum Siluestrinorum D. Leonardo Pelagallio.

MAxima cum delectatione, nulla tamen cum admiratione circumſpexi auidè theſaurum Centiloquiorum, quem nuper communicare mihi dignata eſt P.V.R. Delectatus equidem ſum plurimum amicabili cum primis fædere, quod centiloquia iſta ſanctiſſimè obſeruant perpetuum confertiſſimam inter breuitatem, & claritatem cryſtallinam; ità vt duobus mole perexiguis, virtute maximis voluminibus complexus ſis totam quam latè patet Philoſophiam, eamque expoſueris ad captum facilem tenuium

nuium quoque ingeniorum. Consequutus autem es difficillimam istam, & peræque vtilem, ac iucundam præclarissimarum scriptionis omnis dotium concordiam, accurato optimorum, & documentorum, & fundamentorum delectu, coniuncto cum adæquata eorumdem compræhensione, & capacis animi super eadem prædominio. Hinc nimirum factum est, vt resectis penitus inanibus, atque inutilibus omnibus, quorum est immensa moles, atque vitatis flexuosis incertæ mentis ambagibus acyricis, quarum est longa, & nebulosa circumuolutio, tractatio tua euaderet nitida simul, & compendiosa, vtilis, & iucunda. Licet vero laus hæc operis tui sit maxima, quæque ab omnibus præoptata, paucis



ad

ad modum concessa est. Nihil tamen mirari inde mihi accidit, vt pote experto olim in Aula Collegij Romani (quæ est pergrata mihi, & plena honoris mei haud exigui recordatio) vires peracris ingenij tui, & vigilem, ac indefessam studendi accuratione͂, facilè namque conijcere potui quantus ad docendum aliquando euaderes, qui tantus, dum disceres, eminebas; eamque spem ex tunc animo præconcipere, cuius felicissimum exitum oculis nunc subiectum fidelibus delectabiliter conspicio: faxit Deus, vt per publica in commune totius sui Ordinis bonum negocia, quibus inuitus iamdiu impenderis, liceat tibi adiungere Theologiam Philosophiæ huic parem. Perge interim R. P. amare me amantissimum

ſimum tui, & iuuemus nos inuicem mutuis orationibus ad beatam perrēnitatem, in qua Pater luminum expleat nos perfecta totius veritatis, quæ ipſe eſt, cognitione, cui plenitudini huiuſmodi conatibus noſtris, vt cumque præludimus. Datum in Collegio Romano Societatis Ieſu die Decima tertia Decembris. 1664.

R.P.V.

Addictiſſimus in Chriſto Seruus.

Martinus de Eſparza Soc. Ieſu.

IN-

INDEX CENTILOQVIORVM PRIMÆ PARTIS.

Centiloquium Primum.

DE existentia Logicæ, eiusque necessitate, & vtilitate. fol. 1.

II. De Natura Logicæ. Vbi an sit virtus, an scientia: & qua. 5.

III. De Obiecto Logicæ. Vbi de Obiecto in genere. 16.

IV. De Interpretatione, seu de Vocibus. 25.

V. De Prima operatione Intellectus. Vbi etiam de Terminis, ac Definitione. 30.

VI. De Prædicabilibus in Communi. Vbi de Indiuiduo vago. 39.

VII. De Genere. 46.

VIII. De Specie. 49.

IX. De Differentia. 52.

X. De Proprio. 57.

XI. De

XI. De Accidente. 59.
XII. De Ante Prædicamentis. Vbi de Præcisione. 63.
XIII. De Prædicamentis in Cōmuni. 73.
XIV. De Substantia. 75.
XV. De Qualitate. 79.
XVI. De Quantitate, 82.
XVII. De Relatione. Vbi an detur realis in Creatis. 83.
XVIII. De Actione, & Passione. 89.
XIX. De Vbi, & reliquis Prædicamentis. 91.
XX. De post Prædicamentis. 93.
XXI. De Definitione Vbi de modis eam inueniendi, & primo cognito. 96.
XXII. De Secunda operatione Intellectus. Vbi de Enunciatione, et de veritate futuri contingētis, et Diuisione 107.
XXIII. De Tertia Operatione Intellectus, Vbi de Syllogismo tam Illatiuo, quàm Probatiuo, et de quarta figura Galeni. 116.
XXIV. De Prærequisitis ad Demon-

mon-

monstrationem. 127.
XXX. De Conditionibus Demonstrationis. 131.
XXVI. De Speciebus Demonstrationis. Vbi de Regressu, seu Circulo, 142.
XXVII. De effectu Demonstrationis: Vbi de scientia Actuali. 147.
XXVIII. De scientia Habituali. Vbi de Habitu. 162.
XXIX. De Diuisione Scientiarum. Vbi de subalternante, & subalternata. 181.
XXX. De Physica Prœmialibus 188.
XXXI. De Principijs in Communi. 193.
XXXII. De Materia Prima, Vbi an sit vna numero positiue. 208.
XXXIII. De Forma 238.
XXXIV. De Priuatione. 245.
XXXV. De Natura. 253.
XXXVI. De Arte. 267.
XXXVII. De Causis in Communi. 273.
XXXVIII. De Causa efficiente. 298.
De

XXXIX. *De Causa Materiali.* 314.
XL. *De Causa formali.* 323.
XLI. *De Toto.* 328.
XLII. *De Causa Finali.* 340.
XLIII. *De Causa Ideali.* 363.
XLIV. *De Causis per Accidens Ubi de Fortuna, Casu, Fato, & Monstris.* 367.
XLV. *De Motu* 374.
XLVI. *De Quantitate.* 393.
XLVII. *De Infinito* 419.
XLVIII. *De Loco, Ubi de Replicatione.* 434.
XLIX. *De Vacuo.* 444.
L. *De Tempore.* 450.

Finis Primæ Partis.

IN-

INDEX
CENTILOQVIORVM
SECVNDÆ PARTIS.

Centiloquium L I.

DE *Mundo. fol.* 1.
LII. De Corpore incorruptibili, seu de Cœlo. 7.
LIII. De Corpore Corruptibili, eiusque, & Sphæræ partibus principalioribus. Vbi de Generatione substantiali. 28.
LIV. De Corruptione substantiali. 43.
LV. De Alteratione. 54.
LVI. De Generationis causa, eiusque Instrumentis. 77.
LVII. De Actione. 84.
LVIII. De Actione in Distans 87.
LIX. De Actione in Simile. 96.
LX. De Actione Antiparistica. 100.
LXI. De Actionibus Reflexis, & Refractis. 107.

De

LXII. De Reactione. 117.
LXIII. De Terminis Generabilium, & Corruptibiliũ. 121.
LXIV. De Corpore Corruptibili Simplici. Vbi de Natura Elementorum. 131.
LXV. De Virtutibus, Seu Qualitatibus Actiuis Elementorum. 136.
LXVI. De Virtutibus Motiuis Elementorum. 143.
LXVII. De Mistione Elementorum. 150.
LXVIII. De Misto Inanimato, Vbi De Meteoris in Communi. 167.
LXIX. De Meteoris Igneis. præcipue de Cometa. 169.
LXX. De Aereis 190
LXXI. De Terreis. 198.
LXXII. De Aqueis. 202.
LXXII. De Lucidis. 209.
LXXIV. De Fontibus. 215.
LXXV. De Fluminibus. 224.
LXXVI. De Mari, eiusque Aestu. 228.
LXXVII. De Misti animati subiecto, siue de Anathomia. Vbi

Vbi primo De partibus Corporis humani per Vniversũ Currentibus. 239.
LXXVIII. *De Regione Animali seu de capite.* 257.
LXXIX. De *Regione* Vitali, *Seu de Collo, & Thorace.* 272.
LXXX. De *Regione Naturali, Seu de Ventre* Inferiori. 281.
LXXXI. *De Artubus, Seu de Partibus* Extremis. 293.
LXXXII. *De Anima in Communi.* 304.
LXXXIII. *De Anima Vegetatiua, eiusq; operationibus.* 322.
LXXXIV. *De Anima Sensitiua.* 340.
LXXXV. *De* Sensu *Tactus.* 347.
LXXXVI. De Sẽsu Gustus. 351.
LXXXVII. *De sensu* Odoratus. 354.
LXXXVIII. *De Auditu.* 358.
LXXXIX. *De* Potentia *Visiua.* 366.
XC. *De Sensibus Internis, vbi de Somno, et Somniis* 390.
XCI. *De Appetitu, et Motu.* 404.
XCII. *De Anima Rationali.* 408.
De

XCIII. De Potentijs *Animæ Rationalis*, *earumque obiectis.* 420.
XCIV. *De Præmialibus Metaph.* 423.
XCV. *De Primo Ente. vbi de Serie effectuum, et de prædeterminatione.* 430.
XCVI *De Ente Rationis.* 449.
XCVII. *De* Ente *vniuersali* 465.
XCVIII. *De* Ente *Negatiuo* 501.
XCIX. *De* Ente *Reali* Creato, *eiusque proprietatibus. Vbi de Essentia, et* Existentia. 505.
C. De *Ente Accidentali, et* Sub*stantiali; Vbi de subsistentia.* 512.

FINIS.

INDEX.

Rerum Nobilium primæ partis Centiloq. Philos.

A

ABstractiones propriæ scientiarum, quæ 29. *n.* 1.

Accidens quid, & quotuplex 11. *n* 1. 2. 3. *&* 4. *non constituunt unum prædicatum; sicuti unum prædicabile* 13. *n.* 2. *Quomodo intendantur, & in quo subiectentur* 46. *n.* 3.

Actio quid 18 *n.* 1. *Quotuplex ibid n.* 2. *&* 3. *agentis ad quod terminetur* 34 *n.* 5. *quare non dicatur formaliter effectus* 38. *n.* 6 *quid sit n.* 7. *&* 18. *Quomodo dicitur distingui a passione ibid. Constituant duo diuersa prædicamentum ibid Quomodo distinguatur a termino n* 8.

Actus scientiæ an possit esse in intellectu cū actu opinionis, & fidei, & quomodo 27. *n.* 8. *& seq.*

AEquiuocum quid & an detur in mēte 12. *n.* 3.

AEternitas quid sit 50. *n.* 5.

AEuum quid 50. *n.* 4.

Agens non intendit nisi bonum 42. *n.* 3. *quot modis* 4. *n* 25. *An omnia agant propter finem ibid. Agens vide efficiens.*

Amicitia inter quæ proprie intercedat 42. *n* 6. *Vbi etiam de Deo ad creaturas, & è contra.*

Analogum attributionis, & proportionis quotuplex 12. *n* 4. *&* 5. *Ipsorum differentia n.* 7. *Quid ibid. An principalius importetur*

tur forma n.8. Imperfectè præscindit n.10. Quot dicat n.13.

Angeli includuntur in prædicamento substantia 14. n.2. Quomodo in loco 50. n.14. An sit vnus specie, vel numero 32. n. 33. An spirituales 35. n 11.

Anima dum est extra corpus an sit in statu violento, vel quomodo 41. n.10.

Annihilatio quomodo differat corrup 32 n 22.

Appetitus elicitus, qui innatus 32. n 18 innatus quid sit in Brutis, quid in inanimatis 42. n.27.

Ars quid, & in quo consistat 2. n.13. Quotuplex n.13. & 14. Quomodo conuenit cum natura 36. n. 1. In quibus differt n 2. Ars quot modis n.2. Non potest propria virtute quod natura potest n.3. Ars Chimica moraliter impossibilis, physicè possibilis 36. n.5. Damnatur ex pluribus rationibus n. 6. Est inutilis, & damnosa n.7.

B

BAptisma vnum quando sufficiat in Bicorporeo 32. n.31.

Bene operari, quid 2. n.4.

Bonitas, quæ est ratio formalis causæ finalis in actu primo, an sit realis 42. n.13.

C

CAsus, & fortuna, an quomodo, & quid. Quomodo differant. In quibus agentibus detur. Quare in Deo non potest dari. Ad

quod

quod genus causarum reducatur quomodo dicatur Causa determinata 44. n. 1. & seqq. Causa quæ, & quotuplex 21. n. 2. Causa formalis quot modis potest sumi 35. n. 7. Causa insufficiens quando potest producere effectum 28. n. 1. Causa datur, & quæ 37. n. 1. Causarum diuisio 37. n. 16. Causa in potentia quæ, quæ in actu. Creata, increata, ibid. Libera, necessaria, ibid. Accidentalis, substantialis ibid. Causarũ diuisio secundum modum causandi n. 17. Immanens, transiens ibid. Per se, per accidens quot modis ibid. Moralis quot modis, & physica ibid. Mediata, & immediata quot modis n. 18. Adæquata, & totalis n. 19. Partialis quæ, & quot modis ibid. Producens totum, sed non totaliter effectum ibid. Æquiuoca, vniuoca n. 2. Principalis alia instrumentalis, & quot modis ibid. Non subordinata, & subordinata quæ non potest operari nõ cõcurrente alio ib. Coniuncta separata n. 21. Vniuersalis, Particularis ibid. Causarum genera solum sunt quatuor efficiens & finalis extrinsecæ. Intrinsecæ materia, & forma 37 n. 22. Causarum genera quomodo conueniant n. 26. & 27. Causa efficiens, vide efficiens. Causa materialis, vide Materia: causa formalis, vide forma. Causa finalis, vide finis. Causa idealis, vide idea; causa per accidens, vide casus, vide effectus casualis. Causandi modi

quibus particulis explicentur 38. n. 7. Causa cur reproducatur, seu recreetur substantia panis sub speciebus Eucharisticis 37 n.11.

Causalitas in actu 2. quæ 37. n. 5. Causalitas mutua nullo modo datur n.6. & seqq.

Certitudo quæ 27. n.4.

Chimica Ars 36. n.5. Vide Ars.

Christus in Sacramento Eucharistiæ, an sit cum propria quantitate 36. n.11.

Circulus quid 26. n 4. Quando vtilis, & admittatur ibid. Quando inutilis, & formalis n.5.

Cœli includuntur, etiamsi incorruptibiles, in prædicamento substantiæ 14. n.2.

Cognit vespertina, & mattutina Angeli 2.n10.

Cognitio versans circa totum, terminatur aliquo modo etiam ad partes, & ad membra diuidentia 21. n.7. & 8. Cognitio prima versatur circa singulare ibid. Quomodo circa gradus vniuersales ibid. Cognitio intuitiua de Deo non requirit speciem impressam 21. n.10. Ad cognitionem requiritur præsentialitas obiectiua 21 n.10. Cognitio diuersa a quo habeatur.

Complexa 12. n.16.

Compositum quid, & quot modis, vide totum.

Compositum, quod constat ex ijs, quæ non sunt, an semper implicet 50.n.2. Compositum actu existens est effectus, non finis principiorum

quo-

quorum est finis compositum possibile 31. n.61.

Concludere innaturaliter 23.n.5.

Concordia sententiarum de obiecto Logicæ 3. n.6. 10. & 11.

Conditiones reducuntur ad illud genus causarum, cuius sunt conditiones 37.n.23.

Continuum quid, & quotuplex 45. n.11.

Contrarietas lato modo quæ 31.n.15.

Corporis ratio à quo desumatur 32. n.10.

Creatio à conseru. quomodo differat 46.n.25.

Creationis à mutatione differentia 38.n.5.

Creaturæ cur producendo non sint merè instrumenta. 37.n 20.

D.

DEcretum Dei vnum 36. n. 12. *An compleatur* n. 13.

Definitiones prædicabilium quomodo intelligendæ 16.n.3. *vide prædicabile.*

Definitio quid 21. n. 1. *nominis, & rei* n. 2. *essentialis ibid. causalis ibid. descriptiua ibid. Definitionis inuestigatio duobus modis* n 4. & 5. *requisita, & regulæ* 21. n.3.

Definitum quid ibid. n. 6. *requisita ibid.*

Demonstratio quid, & quæ requisita 25. per tot. 27. n.4. *Quando non possit fieri à posteriori* 35. n.5. *quotuplex* 26. n.1.

Denominatio noua an semper habeatur à noua forma 38. n.18.

Denominatiui definitio, requisita, & multipli-

plicitas 12. n. 14. quid principalius importet n. 15.

Desitio, & inceptio quando, & per quid habeatur 46. n. 24.

Determin. prædicati habetur a subiecto 12. n. 15.

Determinatiuum formale, & effectiuum ad esse effectus 38. n. 11.

Deus non includitur in prædicamento substantiæ, cum non habeat commune cum creaturis 14. n. 3. 4. & 5. Nullo modo componitur ibid. n. 5. Non potest facere creaturam non imperfectum 46. n. 26. Quomodò in loco 50. n. 14.

Differantiæ multiplex acceptio, quare in quale quid, & non in quid solum 9. n. 6 constituit prædicabile per conuenientiam ibid. n. 1. propria requisita 9 n. 3. & 4. tã genericæ quam specificæ munus, seu effectus 9 n. 4.

Discrimen specierum vide species; inter esse diuersum, & differre 9. n. 1.

Discursus vide 3. operatio intellectus.

Dispositio quid 15. n. 2.

Distinctio Logica 1. n. 4 formalis 38. n. 14. & ibidem quot modis n. 13. naturalis tanquam res à re, & tanquam modus à re 38. n. 14.

Diuersitas cognitionis a quo habeatur 42. n. 10.

Diuersiuoca 22. n. 16.

Diuisio Logica 1. n. 5. quæ 22. n. 8. quotuplex ibidem, regulæ bonæ diuisionis n. 1.

Duratio quid, & quotuplex 50. n. 50. Diuina

na à creatura per quid differat 50. n 6 an sit quid superadditum rei duranti n. 7. realiter, & imaginariæ ibidem.

E

EDuctio de potentia materiæ quid, & quotuplex 33 n. 1.

Efficiens causa an detur, & quæ sit 38. n. 1. 3. & seq. quæ eius particula explicans modum causandi n. 4. eius causalitas in actu 1. n 6. in actu 2. ibidem.

Effectus differentiæ qualis vide differentia. a quo propriè denominetur, & quid 37. n 25. casualis seu per accidens quomodo 44. n. 1. vide casus, principalior, & prior cæteris 46 n 14.

Ens rationis logicum quid 3 n. 7 Ens esse analogum 12. n. 10. non esse perfectè vnum, neque perfectè indifferens ad inferiora secundum causas, secundùm applicationem, & suppositionem 12. n. 12.

Enunciatio quid 22. n. 1 quotuplex n. 2. simplex, & composita n 2. Cathegorica, Hypotetica, de inesse ibidem, de 3. adiacente, & de 2 adiacente n. 3 alia dicitur finita aliainfinita abia Particularis, vniuersalis, indefinita n. 4 propositæ enunciationes secundùm qualitatem, & quantitatem n. 5. Contrariæ, subcontrariæ, subalternæ contradictoriæ, istæ in materia de futoro contingenti quomodo n. 6. 7.

Eff-

Esse propter operari quomodò 32. n.13.

Extensio partium in ordine ad se, seu in ordine ad partes quod idem est 46. n. 6. localis seu partium in ordine ad locum n.7. quantitatiua, & entitatiua quid ibidem.

F

Fallacia quæ, & quot. 23. n.7.

Fatum quomodo detur, & quot modis possit considerari 44. n.5. quomodo entia fato subsint ibidem.

Fides quæ 27. n.11.

Figura quæ 15. n.4. quot syllogismorum 23. n.5. quæ, & quomodo 36. n.2.

Finis intrinsicus, vltimatus non vltimatus, extrinsecus, & quam distinctionem det habitibus 3. n.3. 4.5. vera causatio 27. n. 25. datur, & est vera causatio, & non tantũ motiuum n. 42. n.1. quomodò simul cum effectu n.2 quid sit, & quæ requisita habeat n. 3. quotuplex n.4. & 5. Qui finis nobilior, & quomodo n.6. quæ sit ratio formalis in actu 1. n.7. an bonitas, quæ est ratio formalis causæ finalis sit naturalis n. 12. causalitas finis in actu 2. quæ n. 20. Discrimen ab Idea 43. n.5.

Forma quæ 15. n. 4. Non potest dici habere priuationem materiæ 31. n. 10 cur non communis 32. n. 11. quomodò det suum effectum formalem 32. n 15. quæ & vnde educatur 33. n.1. quomodo quidditas compositi n.3.

n.3 quotuplex n.4. spiritualis an educatur, vel traducatur vel creetur n.4. & 7. materiales educuntur etsi sint supernaturales, & violente n.4.5. & 6. est natura 35 n.14.
Fortuna vide casus

G

GEnus qnotuplex, quod subalternum, supremum, & infimum, vbi etiam de specie subalterna, & infima 7. n. 1. quid n. 2. vt totum essentiale, & vt totum vniuersale, & requisita ad illud ibid. n.4 & 5.

H

HAbere quot modis 20. n 5.
Habitus quid 2. n. 2. atque 19. n. 6. acquisitus operatiuus 8 n 1. an detur ibid. vbi sit n.2. & quomodò generetur n.3. quomodò intenditur n.5 quomodò minui possit effectiuè & formaliter n.6 & 7. an concurrat ad actum n. 8. vbi detur 28. n 9. 10. 11. in quo consistat n. 12. & sequenti possunt dici species aliquo modo 28 n.16. primorum principiorum distinctus ab habitu scientiæ n 18.

I

IDea quæ 37. n. 24 respectu agentis reducitur ad causam formalem, respectu operis ad efficientem ibid. quomodò dicatur mensura ibid. non potest reduci ad aliud genus n.25. quotuplex, & an detur in omnibus agentibus intellectualibus 43. n. 1. quid sit n. 2. an con-

consistat in conceptu obiectiuo, vel formali n 3. non consistit in speciebus intelligibilibus, neque in praeceptis, & habituatis n. 4. est verè causa n. 5. discrimen inter Ideam, & finem n. 5. Causalitas Ideae n 5.
Illatio vera ex falsis non dat scientiam 25. n. 2.
Immediatum alteri quot modis 37. n 18.
Inceptio, & desitio quomodò habeatur, & in quo consistat 46. n. 34. 35
Incomplexa 12. n 16.
Indifferentia effectus adesse à quo tollatur 38. n. 11. & 18.
Indiuisibile nec quantitatiuum, nec temporaneũ neque ex Dei potentia datur 46 n. 36.
Indiuiduum non potest sciri, & quot modis sumi potest 27. n. 5.
Infinitum quid nominis quid sit, & quomodò accipiatur eius definitio 47. n. 1. quotuplex n. 2. nõ datur actu n. 3. datur sincategorematicum n. 4. potest dari actu n. 5. Infinitum ex toto genere, seu simplic. est solum in Deo, Infinitum verò ex genere, seu secundum quid potest esse in creatura n. 8. an infinitum maius alio n. 8. an terminatum vtraque parte, & quomodò ibidem, & n. 13. aequaliter ordinatum, proportionatum n. 9. an possit moueri n. 10. Quomodò potest finiri n. 11. An in mente Dei n. 14. quomodò Deus videat n. 16. & 17.
Initium quid importet 31. n. 3.

In-

Instrumenta reducuntur ad illud genus causæ cuius sunt Instrumenta 37. n. 25.

Intellectus vt habitus quid 2. n. 10.

Introductio gratiæ per sacramentum 46 n 24.

Iudicium vidè secunda operatio intellectus.

L

Locatum duplici modo potest esse in loco definitiuè, vel circumscriptiuè 48 n. 3. an in pluribus locis naturaliter possit esse n 4. an supernaturaliter n. 5. an in eodem loco possint plura locari 48. n. 11.

Locus quotuplex qui extrinsecus, & qui intrensecus 48. n. 1. vbi an superadditum n 13.

Locus realis qui n. 14 immaginarius qui ibidem, quomodò Deus, & Angeli sint in loco ibidem.

Logica quid 1. Eius propria definitio 3. n 12. dari ibid. quomodo, & à quo principaliter instituta 1. n. 2. necessitas, & vtilitas 1 n 3. 4 & 5. demonstratiua an virtus 2. n. 2. Topica, Sophistica an virtus 2 n. 8 & 9 An scientia speculatiua 2. 11. an practica 2. n. 18. an Ars, vel vt agens vel vt vtens, obiectum esse non vltimatum res omnes, voces facta suppositione, ens rationis 3 n. 6. ens rationis logicum quomodocumque explicetur ibid. n 7. qualibet operatio intellectus ibid n. 8. obiectum vltimatum est intellectus 3 n 9. obiectum completum ibidem n. 12.

Ma-

M

Malum aliquid esse bonum 36. n. 1. malum non potest amari 42.n.9.

Materia necessaria quæ, & quæ contingens 22.n.5. habet priuationem formæ non è cantra 31. datur 32. n.1. quæ prima, quæ secunda ibidem, quot modis dicatur n.2. quæ sit n.3. 4. & 5. ratio materiæ in quo consistat n.4. non habet formam corporeitatis n.7. habet propriam existentiam n. 1. 13. 14. quomodò pura potentia n 15. est receptiua formæ non è contra ibid. habet potentiam ad formas n. 16 materiæ finis n. 17. potentia alia vniuersalis, particularis alia n. 17. subiectum quomodo vniuersale ibdem, habet potentiam eductiuam formarum materialium generabilium n. 17. habet appetitum innatum n. 18. non appeteret formas accidentales si impossibilitarentur substanciales n.19. habet potentiam naturalem ad formas naturaliter possibiles, naturalem verò obedientialem ad formas supernaturaliter possibiles n.21 est ingenerabilis, & incorruptilis naturaliter 32 .n 22. est vna n. positiuè vt corpus humanum ibidem n. 25 & sequentibus, vna informata duplici forma dicitur duo tota 32. n. 33. dupplicata informata vnica forma vnum totum 32. n. 31. est necessaria 35. n. 15 & 16 materia vt causa

quid

quid 36. n. 1. effectus primarius compositum ibidem causa moralis respectu animæ rationalis n. 2. eius causalitas respectu compositi ibid. eius prioritas n. 3. eius effectus secundarius forma n. 4. causalitas respectu effectus secundarij n. 4. causalitas respectu compositi an suppleri possit n. 5. spiritualis materia an detur ibid. eius causalitas respectu formæ quam possit supplere n. 6. & 7. simul cum forma quomodo, & quando causa totius 41. n. 5.

Mediatum alteri quot modis potest esse 37. numero 18.

Mensura quot modis 37. n. 24. qualis debeat esse 50. n. 4.

Minus quomodo æquale maiori 47. n. 9.

Miracula quot modis 32. n. 21.

Modi causandi particulares causarum 38.

Modi cum sint de essentia rei modificatæ inseparabiles 4. n. 6. & 39 n. 8

Mobile quomodo 48. n. 1.

Monstrum vndè dicatur 5. n. 4 quid, & quot modis potest contingere 42. n. 6. quæ causæ n. 7. an intendatur per se à natura, & quomodo n. 8. quomodo differat ab effectu casuali, & fortuito ibidem.

Motus quot modis 25. n 4. progressiuus purè laboriosus licèt naturalis 35. n 13 malum composito non intenditur à natura etiam si necessarius n. 15 violentus qui 35. n. 16

an detur 45 n 1. & 2. quid sit n. 3 Analogorum descriptio n. 6. quotuplex ibidem, qui successiuus, & instantaneus ibid. definitur etiam instantaneus n. 6. & 7. quomodò dicitur actus imperfectus n. 7. quomodò continuus n 8 an successio continua sit de ratione motus ibid. an motus distinguatur à termino, & quomodò n. 9. & 10. quot modis possit dici continuus n. 11. vndè eius tarditas, & velocitas 5, n. 4. successio an essentia, vel proprietas 43. n. 12. essentia motus in quo consistat n. 13. eius requisita n. 14.

Multiuoca quid 2. n. 16.

Munus differentiæ quale, vide differentiæ effectus.

Mutatio instantanea, quæ successiua 34 n 9. supponit esse non vero creatio 38. n. 5.

Mutua prioritas vide causalitas mutua.

N

NAtura quot modis 35. n. 1. datur n. 3. non potest probari à priori, sed demonstratur à posteriori n. 3. & 4. quæ natura 35. n. 7.

Naturale quot modis 35 n. 2.

Naturalis potentia, & impotentia 15 n. 2

Necessarium in demonstratione, quæ requisita 25. n. 9.

Necessitas quotuplex 2. n. 10.

Negatio est maligmantis naturæ, itaut ad negan-

gandum non sufficit vnum sicut ad affirmandum 31. n. 14. an possit esse essentia alicuius 32. n. 3. quomodò discriminetur à priuatione 34. n. 1.

Nomen quid 4. n 4.

Notius nobis, & notius natura quid 31. n 9.

Notum per se quid, & quot modis 35 n. 50.

O

OBiectum communitatis, attributionis, adæquatum partiale, partiale magis, & minus principale, obiectum completum, vltimatum non vltimatum eius differentiæ ab instrumentis 3. n. 1 2. 3. & 4. obiectum logicæ vide logica. Saltatoriæ 3. n. 9. Physicæ 30. n. 3 4 5.

Oleum cur maximè aereum 49. n. 3.

Operatio quælibet intellectus experibilis, & dirigibilis 3. n 8. qua ratione sint dirigibiles, & vt dirigibiles, nihil aliud sunt quàm intellectus ibidem n 11. Operationes intellectus quot 5. n. 1. Operationes diuinæ quæ fiunt propter finem 4. n. 26.

Opinio quæ, & an coniungibilis in intellectu cum actu scientiæ 27. n 8.

Opposita quot modis 20. n. .

Oppositio vndè sumatur 45. n. 19.

Oratio quid 22. n. 1.

P

PArticula Et in definitione naturæ quomodò accipienda 35. n. 9. Particula Et

in definitione animæ quomodò intelligenda ibidem: particulæ explicantes causandi modos 38 n.4. particula Ex in definitione principiorum quomodo accipienda 31.n.11. eius habitudo n.11.

Partes quomodo causa totius 41.n.45. an actus vel potentia distincta in quantitate 46.n.27.

Passio, & passibilis qualitas quæ, & quotuplex 15.n.3. passio quid 18.n.1. & 38.n 7. quotuplex ibid. n. 2. & 3. quomodò cum actione ibidem.

Pater quomodò causa filij 41.n.13.

Peccatum originale quomodò transfunditur 33.n.7.

Penetrabilitas supernaturaliter an possit dari 48 n.19. an naturaliter detur ibid n.12.

Physica est scientia speculatiua 30.n.1. eius obiectum n.3.

Potentia actiua quid 32.n.16. passiua quid ibid. obiectiua quid, & eius actus ibidem; potentia passiua neutra an detur, & quæ 35.n.16.

Praxis quid 2 n.11.

Prima operatio intellectus vide simplex apprehensio.

Principia quot modis 31.n.1. & 4. principia logicæ quibus verificantur propositiones quæ 2.n.11. principium per se quid importet 31.n.5. principia causalitatis sunt

sunt principia compositi, substantialis, sed principia comunitatis sunt principia compositi tàm substantialis, quam accidentalis 31 n. 4 prima principia essendi an possint probari & quomodo ibidem n.6, principia complexa, & incomplexa quæ, & an possint probari, & quomodò ibidem n.7 principia propria rerum naturalium in fieri tria ibid. n. 8. in facto esse duo tantum ibid. n. 9. quomodò definiantur ibid. n. 10. quomodò distinguantur inter se principia ibid. n. 9. quæ forma & quæ priuatio sint principia ibidem n.10. principia quomodò conueniant inter se ibid. n. 12. ratio communis analogica principiorum n. 13. principia quæ contraria ibidem n. 15. principium nemo dat, quod non habet, quomodò verificetur, & falsificetur 34 n. 6. principium passiuum, & actiuum quod 35.n.7. principium omnis causæ distinguitur realiter ab effectu quando verificetur 39. n. 2. principia prima an possint probari, & quomodò 27. n. 1. & 3.

Principium propter quod unum quodque tale & illud magis quomodò verificatur 25. num.6.

Primo cognitum quod nam sit 21. n.28.

Priora quod. & quot modis 20. n.2.

Prioritas alicuius respectu alterius per quid in-

intelligi possit 46. n. 14. prioritas in Diuinis 31. n. 2.
Priuatio non est metaphoricè principium 31. n. 13. quæ, & an detur, & eius discrimen à negatione 34. n. 1. quot modis potest contingere ibidem n. 2. quod nam esse habeat ibidem n. 3. nullo modo potest esse quid reale positiuum, nec decretum Dei ibidem n. 4. & 6. & quomodò potest dare esse positiuum ibidem, quomodo vna, & quomodò multiplex ibidem n. 7. an infinita actu n. 8. quomodò principiat n. 8. quomodò est simul cum principato ibidem.
Præcisio perfecta, & imperfecta, superioris ab inferioribus per quid distinguitur 10. n. 11.
Præcognitiones duæ, & præcognita tria 24. n. 4.
Prædicabilia quot 6. num. 1. & 2. prædicabilium definitiones quomodò intelligendæ n. 5. & 6. prædicabilium requisita quæ 6. n. 9. prædicabile constituitur per conuenientiam 9. n. 1.
Prædicamenta quot 6. n. 2. & 13. n. 2. prædicamentum quid, & quotuplex, & requisita 13. n. 1. prædicamentum primum substantiæ communis ad spiritualem, & materialem 14. n. 1.
Prædicatum determinatur à subiecto 32. n. 2.
Prædicatio naturalis quæ 6. n. 1.

Præ-

INDEX.

Præmissa causa conclusionis 23. n.4.
Propositio quid 22. n.1. vide enunciatio.
Proprietates quot, & quæ 10. n. 1. proprietas à differentia ducit originem, & principium 9. num.4.
Prudentia quid 2. n.10.

Q

Quale quid variæ acceptiones 9.n.2.
Qualitas quæ, & quotuplex 15 n. 1 & seq. qualitatis proprietates ibidem n.5. qualitates perfectiores, & imperfectiores quando simul, & quando non 27. n.14.
Quando quid sit, quotuplex, & quomodò differat à tempore 10. n.5.
Quantitas, cuius proprietas 32. n. 12 quid nominis, an detur, & quotuplex 46 n.1. quid sit numero 2. ratio formalis, in quo consistat n. 3. & seq. & præcipuè n. 14. in ipsa substentantur accidentia adeoque per ipsam mouentur & intenduntur, & alterantur n.3. quantitas partium in ordine ad se n. 6. quantitas partium in ordine ad locum n. 7. quantitas seu extentio entitatiua, & quantitatiua quid n.7 quomodò corpora possint penetrari, & remanere quanta n. 8. quomodò distinguantur à re quanta n. 9. an sint plures quantitates in vno composito n. 10. in quantitate substentantur immediatè licèt non vltimatè omnia alia accidentia

n.9

n. 9. & 12. non est modus n. 13. componitur ex semper diuisibilibus n. 15. non ex indiuisibilibus infinitis, seu finitis indiuisibiliter, seu diuisibiliter locatis n. 16. 17. & 18. & seq. disparitas partium quantitatis discretæ à partibus quantitatis continuæ n. 21. neque admittenda indiuisibilia, vel copulatiua, vel terminatiua n. 22. & seq. quomodo in sacramento n. 24. eius partes an potentia, vel actu distinctæ 46. n. 27.

Quies quid 35. n. 8. quot modis possit accipi 38. n. 5. quando opponitur motui, & quando possit esse simul n. 10.

R

Regulæ bonæ definitionis 21. n. 2. regulæ bonæ diuisionis 22. n. 9.

Relatio quid, & quotuplex 17. n. 1. & seq. relatio realis non datur in creaturis 17. n. 4. & seq.

Reminiscentia quæ 27. n. 2 & 3.

Replicatio naturaliter repugnat non supranaturaliter 48. n. 4. & 5. an possit esse replicatio temporis, & loci, an rerum affinarum tempori & loco nu. 8. Christus replicatur non vt Deus, sed vt habens corpus.

Requisita prædicabilium, vide prædicabilia, requisita propria differentiæ, vide differentia, requisita ad scientiam

tiam

tiam speculatiuam 1. n.10. & 30. n.1.

Requisitum necessarium ad hoc vt tria vltima prædicabilia constituant prædicabilia, propria distincta à primis vide prædicabilium requisita.

Resurrectio quomodò supernaturalis 41. n.11.

S

SAcramentum quando introducat gratiam 46. num.24.

Sapientia quid 2. n.10.

Scientia speculatiua quot requirat 2. n.10. scientia Dei quotuplex 47. n. 14. scientia Dei visionis quæ ibidem, simplicis intelligentia quæ ibidem, scientia quæ 27. n. 1. an detur de nouo n.2. an detur de singulari n. 5. an detur de ente per accidens n. 7. à quo sumat vnitatem 28 n. 20. & 29. nu.1. scientia quot, & quæ sit totalis 29. n. 1. & 2. subalterna scientia, & requisita 29. n. 3.

Secunda operatio intellectus 5 .n.3 an habeat veritatem, & falsitatem nu.4 & 6.

Semen non est causa physica, sed moralis animæ rationalis 33. n 7. & 39. n.2.

Series effectuum an detur 44. n. 5.

Simplex appræhensio 5 n.2. an habeat veritatem, & falsitatem n.4. & 5.

Simuluo modi s 20. n 3.

Situs quid, & quotuplex 18 n.4.

Sophisticæ quædam pars virtus, quædam non

non 2. n 8. & 9. Sophisticus qui, & qu a eius causæ n.7.
Speciei subalternæ ab infima discrimen 8.n.5.
Species quid 8 n. 1: vt totum essentiale, & vt totum vniuersale, vt formaliter accipiatur per quod constituatur, ibidem n.2. subalterna, & infima vide genus, species sacramentales si alterantur quomodò reducantur ad statum naturalem 33. n. 2.
Subalternata scientia, & requisita 29 n. 3 requisita 29 n. 3. subalternationis nomen quid importet 29. n.5. subalternans an sit sine subalternante in aliquo n 6.
Subiectum determinat prædicatum 12 n 12.
Subsistentia verbi in Christo quomodò se habeat 37.n 3. subsistentia increata 39.n.5.
Sub*stantia, quæ diuiditur in primam, & secundum quid prima, & quid secunda & quæ ratio formalis substantiæ 11. n. 2. substantia quæ & quotuplex 14.n.1 & 6.*
Summum genus in tali prædicamento n.2.
Syllogismus quid 23. n. 2. illatius est probatius etiam ibidem, figuræ tres, & an detur quarta Galeni n.5. quot 10. n 6.

T

T*Empus cur in intelligibile 50. n. 1. datur tempus, n. 2. quid extrinsecum num.3. per quid distinguitur à motu n.4. tempus intrinsecum, seu duratio intrinseca quid, & quotuplex n. 5. an quid superadditum n. 7.*

n 7 tempus actuale, seu reale quid n.10. imaginatiuum quid ibidem.

Terminus quid 5. n.7. termini absoluti n.8. cõpositi n.9 pertinentes repugnãtes in sequela n.12. disparati ibidem prima, & secundæ intentionis n. 14. particularis, vniuersalis, communis, vniuoci, equiuoci analogi n.15 an terminus possit esse sine re terminata 39. n. 8. & 40. n. 6. vide modi.

Tertia operatio habet veritatem 5. n, 4. & falsitatem n.6.

Theologia cui subalternatur 9. n.7.

Topica an virtus 2. n,5 inducens veritatem & inducens falsitatem an sint habitus distincti 2.n.7.

Totum quid, & an detur 41. n. 1. & 2 quot modis n. 1. accidentale quomodo, & quot modis ibidem, integrale metaphysicum substantiale physicum ibidem, quomodo distinguatur à partibus n.2. & 5. quomodò effectus partium n.5.

V

Vacuum quid, & an possit dari naturaliter 49. n.10. à quo moueatur corpus subsequens ad aerem attractum n. 4. an daretur motus in vacuo si esset vacuum n.5. et si esset motus ibi an esset in Instanti n.6.

Vbi quid, & quotuplex 48. n. 1. & 2. quid in-

intrinsecum, & quid extrinsecum 48. n. 1. An superadditum rei locatæ, & loco n. 13. quid reale, quid imaginarium n. 14. reliqua vide locatum.

Verbum quid 4. n. 5.

Veritas quotuplex, & in quo consistit veritas formalis, vel opposita falsitati, vel ignorationi, & in quo veritas transcendentalis 5. n. 4.

Vetitum semper appetitum 32. n. 20.

Violentus status 10 n. 3. violentum 35. n. 3. quid requirit 41. n. 10.

Virtus moralis quid 2. n. 2. virtus intellectus quid ibidem, & n. 3. virtutes cur dentur 2. n. 6. virtutes intellectus quot, earumque definitiones 2. n. 10. virtutes quot 29. n. 9.

Vndè quomodò est particula causæ efficientis, & quomodò priuationis 38. n. 4.

Vnio distincta à partibus an detur, & quomodo 41. n. 7. & 8. quid sit vnio 41. n. 12.

Vnitas scientiæ à quo 29. n. 1. vnitas à quo habeatur 32. n. 30.

Vniuersale in primo cognitu quomodo intelligatur 21. n. 8.

Vniuoca quid 10. n. 2.

Vnum quot modis 41. n. 8.

Vox quid 4. n. 4. articulata quæ num. 1. quid prinit alius importet n. 2.

Verificatio aliquorum principiorum vid. principia.

CENTILOQVIA PHILOSPHICA

MI R. ABBATIS D.
LEONARDI PELAGALLII
PROCVRAT. GENERALIS
MONACORVM SYLVESTRINORVM
OLIM LECTORIS.

CENTILOQ. PRIMVM

De existentia Logicæ, eiusque necessitate, & vtilitate.

1 EO Magis Aristoteli debemus, quò magis ille radices errorum, quibus in suis operationibus vrebatur humanus intellectus, suo præclaro conatus est extirpare ingenio; nisi quia principaliter construxerit, saltem quia maiori ex parte reformauerit, & clarissima methodo illustrauerit Logicam artificialem, quæ aggregatum est præceptorum ad

Principalis Logica instituter

Log: non modo possibilis sed etiã actualis:

ad bene discurrendum, vt ipsummet nomen Logicæ, seu organi patefacit. Iure igitur optimo, vt Principem Philosophorum veneramur; cum imbecillitati humani intellectus sæpe sæpius dilabenti detulerit Logicale fulcimentum, quod non modo possibile, verum etiam actuale dari profiteri necesse est, vt ostendit operatio addiscentis Logicam, cum in illo detur facilitas ad bene discurrendum, & syllogizzandum, quæ antea non habebatur: & insuper cum operatio possit benè, & malè fieri, capax est præceptorum, per quæ bene fiat, vt per Logicales regulas euenit.

diuturna obseruatione inuẽta.

2 Non alio tamen modo inuenta est Logica, quàm ex longa, & accurata obseruatione in discursu, qui cum aliquando benè, aliquando malè se habuerit; veteres, & præcipue Aristoteles animaduertere cæperunt modum, quem seruauerant in bono discursu, & sic concluserunt ad bene discurrendum in posterum talem modum seruandum esse: imo in constituendis regulis obseruarunt, quæ cognouerant seruari oportere in bono discursu, & sic regulæ per actum reflexum sunt constitutæ.

3 Vtilitas huius virtutis deprahenditur ab eius necessitate, quæ quasi simpliciter se habet, ad compa-

randas alias ſcientias: & abſolutè pronunciaſſem eſſe ſimpliciter neceſſariam, niſi eſſent aliqua principia adeo naturæ lumine nota, vt nullius adiumento percipiantur, cum aliunde certiſſimum ſit, non poſſe alio modo reduci ad ſua principia aliquas propoſitiones veràs, quàm auxilio Logicæ; ex cuius demõſtratione nõ ne oritur ſcientia, eiuſque imperturbabilitas ad ſcientiam neceſſaria?

logica quaſi ſimpliciter neceſſaria ad ſciõtias.

4 Perneceſſaria, itaque eſt ad omnes ſcientias, & præcipue ad Philoſophicas, quarum non ſolum eſt iſtrumentum, ſed quædam pars atque vtilis Logica, cuius beneficium quis audet negare, tam ſi conſideretur, ſub diſtinctione formali, vt vniuerſalis ac docens, quatenus in comuni tradit præcepta, cum dicat E. G. definitio debet conſtare dupplici partè quarum altera primo loco poſita ſit, magis vniuerſalis, & latius patens, altera poſita ſecundo loco minus vniuerſalis, & minus late patens: quam ſi conſideretur vt particularis, & vtens, quatenus tradit & applicat modum recte operandi in qualibet materia particulari, vt ſi dicat: definitio E. G. in Phyſica debet conſtare ex materia, & forma? Cum igitur ſit idem realiter præceptum Docentis, & Vtentis (applicatio enim; vt quid extrinſecum, nõ

Vtilitas ex diſtinctione formali.

mutat esse) vtraque est idem realiter, & eodem modo ars, quæ ordinat ad praxim, præceptum vt infra cent. 2. num 12.

Vtilitas distinctione materiali.

5. Sed non imparem vtilitatem admirabimur sub distinctione materiali, si consideremus partem, quæ agit, de syllogismo in communi vt in lib. Priorum cum vnicuique scientiæ possit parere imperturbabilitatem; vel eam, quæ, agit de demonstratione vt in lib, Post. cum donet (vt dixi) scientiam: vel eam quæ agit de probabili syllogismo vt in libris Top. cum doceat probabiliter disserere in vtramque partem, vel denique eam quæ agit in lib. Elenc. de fallacijs, ad quas dignoscendas vt (euitentur) tradit certum modum.

CEN-

CENTILOQ. II.

De Natura Logicæ. Vbi An sit virtus, an scientia, & quæ.

1 CVm nomine Logicæ hic comprehendantur quatuor præcipuæ partes materialiter supra diuisæ, scilicet quæ tradit regulas comunes syllogizzandi; quæ est Demonstratiua, quæ est Dialectica; & quæ est sophistica, & cum vnaquæque istarum peculiari, ac propria ratione polleat, singillatim libet examinare, præsertim vltimas tres, quę vel non distinguuntur realiter a prima, vel ex determinatione illarum illa etiam statuitur.

an distinguātur partes logica.

2 Demonstratiua igitur Logica est virtus non moralis, *qua disponit voluntatem ad operationē honestam, & laudabilem*; sed intellectualis, cum disponat intellectum ad verum, nam in illa, omnia costituentia virtutem reperiuntur. Et primo est habitus (necessarium vtique requisitum ad virtutem vt sæpe Aristoteles, & præcipue capite de quantitate, vbi ne-

Virtus moralis qua

gat iustitiam, & temperantiam esse virtutes, nisi sint habitus) quoniam videmus in addiscente Logicam, & in tali virtute versato, *esse qualitatem difficile mobilem ab eius intellectu, & iuuantem illam potentiam ad similes actus logicales producendos*, quæ qualitas aliud non est quam habitus, *qui cum* (vt patet) *& ipsum cuius est virtus, bene affectum reddat, & opus eius bonum faciat* (*veritatem scilicet*) certe erit virtus, cuius talis est definitio apud Aristotelem secundo Ethic. cap. 6.

Definitio habitus.

Definitio Virtutis. intellectus.

3. Insuper Logica demonstratiua *est dispositio perfecti* (idest potentiæ) *ad optimum*, (idest ad opus) vt dicunt S. Thomas lect. 5. & Tolet. in tex. 17. 7. Phys. à quo deprompta est talis definitio virtutis, nam demonstratio parit opus perfectum infallibiliter nempe veritatem, dummodo fiat cum omnibus requisitis, in materia nempe necessaria &c nam aliter potest concludi falsum V. G. omnem hominem esse lapidem; dum sumamus rationale esse lapidem sed hoc non intentione perfectæ demonstrationis, sed ex ineptia abutentis præceptis demonstrationis, sicuti ex ignorantia imperiti male applicantis remedia medicinæ necatur homo.

logica demonstratiua etiam Virtus.

4 Dicere autem quod non sit virtus, vel quia ordinatur ad aliud nem-

nempe ad scientias, vel quia non disponit se sola, vel principaliter potentiam ad bonum opus, est sine fundamento asserere; non solum quia in definitione virtutis habetur, quod sit dispositio perfecti ad optimum, non vero quod sit totalis, & principalis dispositio: verum etiam quia hoc modo, vel prudentia non esset virtus, cum ordinetur ad actus aliarum virtutum dirigendos, nam prudentia non operatur, nisi cum alieno fundamento, sicuti non operatur demonstratiua nisi in materia necessaria, & scientiarum, vel sola prudentia esset virtus, cum principaliter se habeat, vt explicat S. Thomas p.2. q.55. art.5. dicendo, quod ad hoc, vt quis bene operetur oportet *quod faciat eo modo quo debet*: primum (idest *quod faciat*) habetur V. G. à fortitudine: secundum (idest *eo modo quo debet*) habetur à prudẽtia. *bene operari quid*

5 Dialectica, quæ est illa pars logicæ, quæ docet modum discurrendi probabiliter in vtramque partem, certe excludenda erit à ratione virtutis, a qua excluditur omnis habitus indifferens ad bonum, & malum, & ad verũ, & falsum vt est Dialectica, quæ quamuis vt plurimũ inducat verum; tamen cum eodem modo principaliter possit inducere falsum (respicit enim vtramque partem inclu- *Top. nõ eſt Virtus.*

dentem, & veritatem, & falsitatem) nō erit virtus intellectus, quæ sēper, & infallibiliter inducit veritatem ex suis principijs, & nunquam potest inducere falsitatem, vt potest Dialectica, & opinio probabilis, quæ similiter hac eadem ratione excluditur à numero virtutum ab Aristotele 6. Ethic. cap. 3 quamvis concedat Thop. ac Rhetor. p c. p. ex illa induci vt plurimum veritatem.

6 Neque dicas sufficere ad rationem virtutis precepta certa, & vera & non esse necesse vt ex illis inducatur opus bonum; quia hoc esset asserere vitium esse virtutem, cum etiam ipsum habeat bona, & vera præcepta de suo malo opere patrando, & qui hoc concedit vel vitium amat, vel ignorat quod dicit Arist. 7. Polit. c. 4. vbi asserit quod in tantum dantur virtutes, in quantum ipsæ possunt parere felicitatē; at, quæ felicitas potest esse in republica cumulata vitijs, & inhonestate deturpata?

Cur dētur Virtutes.

7. Et quamuis prudentia, quæ est virtus, possit respicere opinionem probabilem, tamen non potest inferri quod possit respici à Top. & sit pariter virtus; nam dispar est ratio, quia actus in opinione probabili qui respicitur à prudentia semper habet honestatem in talibus circumstantijs,

dissolui. aliud fundamentū.

in

in quibus respicitur à prudentia, & sic semper habet bonum finem intentum, à suis præceptis determinatis ad semper habendam honestatem & non ad alteram partem; at non semper est veritas, cum possit esse falsitas in opinione probabili, quam respicit Top. & sic non potest accipere laudabilitatem à suo opere vt á fine, sicut semper deberet, si esset virtus, quæ non respicit, quod potest esse malum, & falsum vt in Top. cum præcepta top. indifferenter inducant, verum, & falsum, & sic neque potest inseruire scientijs quibus licet aliquo modo, dum habent veritatem famuletur, tamen non est duplex habitus diuersus, cum idem numero sit qui respiciat vtramque partem.

8 Si excluditur à ratione virtutis habitus qui non semper dat bonum licet vt plurimum det vt diximus de Top. & de opinione probabili; multo magis excluditur ab eadem ratione, qui numquam dat bonum, vt est Sophistica docens modum conficendi syllogismos fallaces, quibus semper habetur falsitas, & nunquam veritas, nisi apparens, quæ tamen realiter est falsitas per quam nec nomen proprie logicæ meretur, sed impropriè cũ logica sit habitus dirigẽs ad verum, & nõ seducens intellectũ.

9 Sophistica vero tradens modum cognoscendi syllogismos fallaces : & Top. tradens modum cognoscendi syllogismos Topicos , certe est virtus . Primo quia sicuti lex dans modum fugiendi malum , est bonum , ita etiam Sophistica , quæ dat modũ fugiendi malum, dat bonum . Secundo quia qui semper dat cognitionem veri , dat bonum , sed tam sophistica dans modum cognoscendi syllogismos fallaces , quam Topica dans modum cognoscẽdi syllogismos Topicos , dat cognitionẽ veri , nam facit cognoscere syllogismos tales, esse tales in se . ergo dat cognitionẽ veram , ergo disponit ad bonum, ergo vtraque pars est virtus . Et quamvis ex ista bona cognitione possit aliquis inducere malum , hoc est efformare fallacias ; tamen hoc non est ex intentione artis, quæ quamvis versetur circa fallacias , tamen non potest dici simpliciter mala cum non versetur circa illas simpliciter ; Sed cũ addito, videlicet illas fugiat, quod est bonum , vt dixi , ergo terminatur ad bonum , vt se habet præceptum Diuinum fugiendi malum .

altera pars est Virtus vt Top.

occurr. Obicit.

10 Statuto quod Logica secundum principaliorem partem sit virtus intellectualis cumque ab Aristotele quinque enumerentur . Scilicet sapientia , scientia intellectus , Pruden-

dentia, & Ars, ad vnam ex istis debet reduci. Sed non reducitur, ad Sapientiam quia non est præstantissimarum rerum cognitio. Neque est Intellectus, quia non est habitus versans circa quædam principia prima lumine naturali nota Neque est Prudentia cum non habeat pro obiecto honestum, vt honestum: Neque est scientia speculatiua quia non est, vt requirit Aristoteles ad illam, de obiecto omninò gratia sui; necessario, æternoque, (intelligendo æternum non secundum actualem existentiam, & infinitam durationem, cum hoc modo solus Deus sit æternus, sed solum, vt coniunctio passionis cum proprio subiecto non respiciens temporis differentias, nam in quacumque temporis differentia detur homo, datur etiam risibilitas) Quod nō sit omnino gratia sui obiectum Logicæ, patet quia quodcumque sit respicitur gratia bonæ operationis, & intenditur directio Intellectus in quantum intenditur bona operatio, ad quam exequendam practico modo ordinat præcepta: Quod non sit de obiecto necessario simpliciter constat ex indifferentia, quam habet ad bonam, & malam operationem ipse intellectus dirigibilis; neque est de obiecto necessario secundum quid, idest ex suppositio-

requita ad scientiam spec.

obiectū log non est gratia sui.

Neque necess. simp.

ne ex natura rei,& necessaria (quod forsan non tollit rationem obiecti Scientiæ speculatiuæ) vt est Eclypsis Lunaris, posita interpositione Terræ inter Solem, & Lunam (& vt est compositio oculi ex tot partibus posita bona visione.) quia est de obiecto necessario ex suppositione contingenti, & libera, nam directio Intellectus libere potest intendi ab agente, sicuti libere intenditur sonus à Cytharizzante ergo debet excludi à scientia speculatiua, quę insuper, consistit tantum in speculatione, & incognitione obiecti, Sed Logica vltra cognitionem obiecti ordinatur ad opus, scilicet vt intellectus bene operetur per sua præcepta.

Neq; necess. ex sup. necess.

necessaria ex sup. lib.

11 Sed neque est de obiecto æterno vt requirit Aristoteles 6. Ethic. c. 3. ad speculatiuam, quia non inquacunque differentia temporis operetur Intellectus, inuenitur semper bona operatio, quæ libere intenditur, & etiam, ex suppositione libera, vt supra ergo ex nullo capite potest dici speculatiua Logica: in qua etiam si dentur quædam prima principia, *vt dictum de omni*, quo propositiones affirmatiuæ, *& dictum de nullo*, quo negatiuæ verificantur, & his similia *quæ sunt eadem vni tertio, sunt eadem inter se*, & negatiuæ *quæ, non sunt eadem*

Neq; est de obiecto æterno.

Solutio Obiect.

vni

vni tertio, non sunt eadem intens[illegible] (saltem in ordine naturæ,) & etiam si dentur quædam demostrationes .f. *definitiones esse clariores definito, syllogismum in Barbara ex materia necessaria recte concludere*; tamen ista, & similia vel non sunt Logicæ, sed methaphisicæ, vel si propria Logicæ, non tollunt rationem habitus practici cum illa omnia ordinet ad suum finem, & non sistit solum in eorum contemplatione sicuti ipsa Prudentia habet sua principia, & demonstrationes, & tamen est practica per Aristotelem loco citato cap. 5. cum sit de obiecto contingenti, & dirigibili per præcepta, vt se habet etiam obiectum Logicæ, quæ cum habeat præcepta certa, quibus etiam scientiæ speculatiuæ regulantur potest dici scientia; sed cum habeat prò obiecto praxim, quæ *est operatio natura intellectualis, natura sua contingens dirigibilis à ratione*, cuiusmodi est directio Intellectus, practica bene dicetur.

log. scientia practica.

def. Praxis.

12 Restat igitur, exclusis alijs virtutibus, quod numeretur inter artes; cum ipsa, sicut ars, verset circa obiectum natura sua contingens, ideoq; dirigibile per præcepta, quæ faciunt possessores bonos ex parte, & scientificos non simpliciter, sed ex suppositione contingenti, & libera, [illegible]

log. est Ars.

qua-

Obiect. quatenus, Logicus vult. perfectas
Resp. operationes Intellectus; in quarum cognitione solum, non sistit Logica, sed illas cognoscit vt dirigat, & sic euertitur fundamentum Toleti. q. 4. de Dialectica in communi Dissoluitur etiam fundamentũ asserentium Logicam docẽtem esse speculatiuam, & Vtentem practicã, cum talis distinctio sit formalis, realiter vero idem præceptum vtriusque, & sic semper practica: docens enim intendit applicationem præcepti; aliter præceptum non esset institutum ad dirigendum intellectum, vt patet Vide supra cent. p. n. 4. & Cent. 3. n. 9.

Obiect. 13 Neque obstat definitio artis, quæ scilicet *est habitus cum recta ratione effectiuus* vt habet Aristoteles

Def. Artis. 6. Ethic. c. 4. vbi paulo post etiam asserit nullam dari artem, quæ non sit habitus cum recta ratione effectiuus. Quia etiam si non sit ars effectiua, cum certe non relinquat opus

Solutio. post se, neque transeat in externum subiectum; tamen est ars actiua, quæ etiam datur (per Aristotelem aientem p. Magnorum Mor c. 33. *artem potius in faciendo quam in agendo versari*, ergo non excludit, posse consistere etiam in actione, sicuti fassus est 8. Politic. c. 5 Musicam esse artem, & tamen Musica est ars actiua: In locis igitur in quibus asserit Aristote-

ſtoteles omnem artem conſiſtere in effectione, loquitur de artibus principalioribus, & notioribus vt ſunt Mecchanicæ, & quæ relinquũt opus poſt ſe, non vero de arte in Vniuerſali.

14 Cum artium quædam ſint inſtrumentariæ, quædam non, Logica numeratur inter illas primi generis, cum inſeruiat ſcientijs, & ad inueniendam veritatem, quæ eſt finis actuum directorum ab ipſa Logica, non vero finis intrinſecus eiuſdem Logicæ, cuius eſt operatio directa, vt infra: at non eſt iſtrumentaria vt quædam, quæ habet operationem diſtinctam à principali, vt Frænifactoria reſpectu Equeſtris, ſed habet operationem indiſtinctam vt operatio manualis reſpectu Architetti, & regentis proram reſpectu gubernatoris Nauis, & prudentiæ reſpectu alterius virtutis. Et ſicuti inſeruire alteri virtuti non tollit prudentiæ rationem virtutis, ita nec Logicæ, eſſe ſcientiam in ſe ſaltem ſecundum quid, quod ſit inſtrumentnm ſcientiarum ſpeculatiuarum.

eſt logica Ars iſtrumentaria.

Paritas.

CEN-

CENTILOQ. III.

De obiecto Logicæ. Vbi de Obiecto in Genere.

1 OBiecti natura in aliquo habitu, vel latissime sumitur prò omni eo scilicet quod tractatur quomodocumque in illo habitu, & tunc vocatur obiectum Communitatis: in Physica etiam Angeli, quamuis insensibiles, pertinent ad hoc obiectũ, quod nimis amplum est: vel sumitur magis strictè prò eo videlicet, quod stat sub propria abstractione in scientijs speculatiuis; in habitibus verò practicis prò eo quod recipit formam, seu finem intrinsecum proprie intentum ab ipso habitu, & hoc vocatur obiectum attributionis in quantum cætera, quæ tractantur, ad illud reducuntur, in ipso habitu.

Obiect. Comm.

Obiect. Attrib.

2 Hoc obiectum attributionis, si adæquat considerationem habitus, erit obiectum totale, & adæquatum, vt quodcumq; sanabile respectu Medicinæ, dirigibile respectu Logicæ sẽsibile respectu Physicæ &c. si vero non

Obiect. adæq.

non adæquat totam considerationem habitus erit obiectũ partiale, & inadæquatum, quod vel nobilius est, & principaliter consideratur in habitu vt V. G. corpus sanabile humanum in medicina & sic erit partiale principale: Vel non ita principaliter neque ita nobile est in illo habitu, vt delineatio V. G. in pictura, primæ qualitates in Medicina, & sic dicetur partiale minus principale. Ex obiecto itaque materiali attributionis, & ex forma, seu fine in habitibus practicis, in speculatiuis verò ex propria, abstractione integratur, & fit obiectum completum.

Partiale.

Partiale principale.

minus princ.

Obiect. compl.

3 Sed cum finis sit duplex vltimatus, & nõ vltimatus (vt videtur locutus Aristoteles p. Ethic. c. p. illis verbis: *In ijs in quibus præter actiones dãtur alij fines, &c.*) etiam obiectum erit, & vltimatum, & non vltimatum: non vltimatum, in quod inducitur finis non vltimatus, qui est ille quo acquisito restat aliquod aliud quærẽdum ab intrinseco in ipso habitu V. G. in medicina habita temperie primarum qualitatum certe non erit contenta, si non est totaliter introducta sanitas in corpus: ita etiam in pictura habita delineatione non est contenta, nisi bene disponantur colores: sic in Musica non habetur vltimus finis ex emissione vocum cum flexibili-

Obiect. non vltimatũ

bilitate, nisi habeatur etiam mensurabilitas, & armonia. &c.

Obiect. vltim; nisque 4 Obiectum autem vltimatum, est illud in quod inducitur finis vltimatus, qui est ille, quo acquisito quiescit habitus, & nihil aliud restat acquirendum ab intrinseco, vt in frænifactoria forma fræni in ferrum. Notandum tamen est hic, quod finis non vltimatus non potest dici tātum medium, & instrumentum ad vltimatum quia instrumentum tantum non recipit formam, seu finem habitus, vt recipit obiectum non vltimatum, nam penicillus non recipit formam picturæ, vt recipit delineatio, quæ est finis, non vltimatus pictoriæ.

finis extrinsecus. 5 Potest quidem quiescere habitus dato fine extrinseco, qui potius pendet à voluntate artificis, quam ab arte; V. G. in frænifactoria, dato moderamine equi, quiescit frænifactoria, sed hoc oritur ex eo quod dato fine extrinseco, est etiam acquisitus finis intrinsecus, & vltimatus, qui solus propriè facit quiescere habitum, non tamen finis extrinsecus, qui certe potest distinguere habitus istrumentales inter se, non quatenus habitus sunt, qui vt tales, distinguūtur per finem intrinsecum, vt frenifactoria ab arte conficiente gladios, per formam freni: Sed quatenus istru-

istrumentales sunt,quia vt istrumentales distinguuntur à fine extrinseco nam in tantum distinguitur frenifactoria ab arte conficiente gladios, vt istrumentales artes;quia illa inseruit Equestri, ista gladiatoriæ.

6 Placet itaque concordare ex distinctionibus supra propositis omnes sententias circa obiectum Logicæ,dicamus igitur, res omnes, voces, ens rationis in tota sua latitudine, ens rationis Logicum, singulas operationes Intellectus, Syllogismos Demostratiuos, & discursum.&c. posse participare de ratione obiecti non vltimati, quia Res omnes possunt definiri, & recipere alias directiones Logicales: Voces facta aliqua suppositione (scilicet quod Logica debeat explicare conceptus, & præcepta) quia si non dirigerentur non rectè explicarent, nam subiectum V. G. si non poneretur in primo loco, & prædicatum in secundo in propositione,non rectè explicarentur conceptus; mentis,qui exprimuntur per voces, vt per signa, quoniam non est idem dicere *omnis homo est Animal*, ac *omne Animal est homo*, cum prima sit vera, secunda falsa propositio: Ens rationis in tota sua latitudine potest cadere sub discursu, & potest elici actus à Methaphysica circa illud, sed omnis actus *Concordia sententiarum.*

elici-

elicitus à scientijs, quibus inseruit Logica, potest dirigi ab ipsa, ergo.

7 Ens vero rationis Logicum ex ipso nomine constat haberi à Logica cum subiectum, Definitio, prædicatum, genus &c. semper recipiant directionem, siue considerentur vt cõformia logicali Ideæ, siue considerentur per actum intellectus nõ quomodocumq; cognoscentis, sed cum cõparatiuo actu, & aduertẽtia peculiari V. G. vt, *Animal* sit prædicatũ in hac propositione *Homo est Animal*, non sufficit cognoscere *Animal* cum solo iudicio affirmatiuo (hoc enim modo cognoscitur etiam homo, qui est subiectum in dicta propositione) sed debet cognosci peculiariter, ad modũ s. rei aduenientis homini &c. Quomodocumq; inquam, accipiatur ens rationis Logicum semper recipit Logicalem directionem, *cum sit quedam relatio rationis, quæ conuenit rebus dependenter per præcepta Logica ab operationibus intellectus versantis circa res illas.*

Ens rationis

Eius prima acceptio.

Secũda accep.

Eius deff.


8 Quælibet etiam operatio intellectus recipit directionem, cum dentur præcepta propria singulas dirigentia; cum in vna quaque possit dari error, & etiam expetibilitas propria, quælibet etiam potest participare de ratione obiecti secundarij seu non vltimati. Nam in prima potest dari error, cum possit esse

Prima operatio dirigib.

mala

mala definitio ex genere, ſcilicet remotiori, & differentia non adeo propria; Sed cum adſit bonitas in definitione, quis audebit negare expetibilitatem ipſius, cum explicet naturam rei. Inſuper non ne poteſt errare intellectus in ſecunda operatione, per innaturalem prædicationem, 2 etiam
prædicando ſcilicet inferius de ſuperiori; vel per iudicium falſum, cum iudicet obiectum eſſe tortuoſum, quando videt per ſpecies non rectas contra vero adeſt in ſecunda operatione bona cognitio primorum principiorum, cuius expetibilitas de ſe patet?. Denique non ne in diſcurſu poteſt eſſe falſitas pluribus modis, vel inferendo affirmationem ex negatiuis, vel deducendo baculum ſemi immersũ in aquam eſſe fractum ex receptione ſpecierum refractarum ab obiecto integro emanatarum: cum tamen non poſſit negari expetibilitas 3. operationis donatis demonſtrationem. 3. pariter.

9 Omnia tamen ſupradicta non poſſunt participare rationem obiecti primarij, & vltimati, cum, his omnibus directis, reſtet adhuc aliud vlterius quærendum in Logica, nempe per operationem rectam rectitudo intellectus humani, qui habebit rationem obiecti vltimati materialis in Logica, cum dirigatur recipiendo



do finem vltimatum formalem, qui est operatio recta, vltra quod non, est aliud expetendum in Logica ipsa, præcise sumpta, quæ cum sit ars actiua non trãsit in externam materiam, sed habet actũ immanẽtẽ in ipsamet potentia (idest in intellectũ) a quà emanat; sicuti saltatoria habet pro obiecto vltimato ipsam potentiam motiuam, in quam inducitur bonus saltus, licet prò obiecto immediato assignetur motus ab Auctoribus, motus autem rectus habens rationem obiecti formalis vltimati inducitur in potentiam motiuam; ideoque intellectus non solum perficitur recipiendo præcepta Logicalia, quomodo perficitur ex præceptis aliorum habituum, sed etiam in Logica intellectus humanus habet rationem non solum subiecti, sed obiecti materialis vltimati; cum recipiat formã, & finem vltimatum nempe operationem rectam, sed non potest dici intellectus obiectũ materiale in alijs habitibus, cum in illo non recipiatur ratio formalis illorum, in illo .n. non recipitur forma statuæ inducenda a statuario in marmor *V. G.* Ideoque non est tantum subiectum, sed etiam obiectum.

Obiect. Vlt intellect.

Obiect. saltatoria.

solutio tacita

10 Colligi potest ex dictis singula omnia supra enumerata, & assignata pro obiecto in Logica dẽpto intel-

intellectu participare rationẽ obie- *Obiect. non vltimatũ log.*
cti partialis in obiecto non vltimato totali (quod est quodcumque recipere potest directionem Logicam ; operationes tamèn intellectus , & præcipue demonstratio est obiectum partiale principalius inter obiecta partialia obiecti non vltimati, cum demostratio sit quid nobilius, & accedat magis ad obiectum vltimatum nempe ad intellectum ; qui bene assignatur prò obiecto vltimato materiali recipiendo operationem rectam , qui est finis vltimatus , nam *Obiect. vlt. intellect. alia ratio.* intellectus debet reddi bene dispositus ad alias operationes rectas eliciendas, aliter .n. non esset Logica virtus quæ, est dispositio perfecti (idest potentiæ) ad optimum (idest ad bonum opus) vt alibi dixi , ex S. Th. lect. 5.

11 Colligi secundo potest cõcordia omnium sentẽtiarum in hac materia vt videtur sensisse Toletus,qui licet q. 5. de Dialectica in communi proferat,& probet suam sententiam alias reiciendo; tamen in calce quæstionis habet hæc verba. *ex dictis constare potest rationum contrariarum (si qua est) solutio : & quo pacto opiniones aliqua ex parte veritatem attigerint , & quomodo omnia vero consonent.* Imo si attẽtissime velimus Phylosophari , dicemus operationes In-

telle-

Operat. intell. sed dirigibiles. tellectus sub ratione comuni, & in Potentia (hoc .n. tantum modo habent indifferentiam, adeoque recipiunt directionem, nam quando sunt factæ, non sunt amplius capaces directionis) nihil aliud esse quam ipsammet potentiam intellectiuam, quatenus potest elicere operationes bonas vel malas; sicuti aliqui Insignes Theologi explicant, Creaturas possibiles nihil aliud esse quam omnipotentiam Dei quatenus potentē terminari ad illas Creaturas non implicantes contradictionem;

12 Colligi potest tertio non solum obiectum vltimatum complexum, esse intellectum humanum dirigibilem per operationes directas à Logica, verum etiam definitionē integrā, & perfectam logicæ ex genere, desumpto ex Superiori Centiloquio, & ex differentia ex hoc accepta *esse Artem Actiuam* Instrumen*tariam dirigentem intellectū humanum ad bene discurrendum*, & hoc est consonum Aristoteli, qui *Organum* appellat logicam prò vt præcepta sunt; quatenus vero habitus, est ars, vt dictum est.

Obiect. Compl.

Logica Def.

CEN-

CENTILOQ. IV.

De Interpretatione, seu de Vocibus.

1 HIc agitur de Vocibus quæ est interpretatio conceptus, qui cum debeat explicari, non potest nisi prius sit sermo de eius interpretatione, hoc est de Vocibus quæ sunt in duplici Differentia, nam aliquæ sunt articulatæ, aliquæ non articulatæ. Articulatæ humanæ significant ad placitum hominis, & non naturaliter, nam si significarent naturaliter essent æedem apud omnes, & idem significarent, vt sunt non articulatæ V. G. Gemitus, Suspiria, Risus apud omnes eodem modo significant, adeòque naturaliter. Sed non æedem apud omnes articulatæ; ergo non significant naturaliter. Sed ex libera hominum impositione. Et quamuis conceptus, cum sint imagines rerum ideoque naturaliter possint significare; tamen vox articulata nullam habet imaginem cum rè significata, ideoque non significant naturaliter.

Voces *Artic.* *Nō articulatæ.*

Quid principa lius importet.

2 Verum quidem est, quod Voces sunt institutæ ad significādas res, & conceptus, nam audita voce venimus in cognitionem rei significatæ, & etiam conceptus, cum sit nota passionum per Aristotelem. Quid vero principalius importetur res nè, an conceptus; mihi videntur si spectemus finem, quem principaliter habuerunt homines imponentes nomina, sistendo in ratione vniuersalissima vocum non descendendo ad particulares voces mihi inquam, videntur voces eodem modo principaliter significare conceptus, & res ipsas. Videmus .n. quod aliquæ significant principalius, tantum conceptum, vt cum dicimus *hac est mea sententia, hac est mea voluntas &c.* Aliæ vero principalius tantum res, & valde secundario conceptus, vt cum dicimus *homo est Animal*; hæc propositio significât rē immediatius & principalius, nā verificatur quia homo vt res, est Animal vt res, non vero vt conceptus: falsum certe est quod conceptus hominis sit conceptus Animalis; ergo sistendo in vniuersalitate vocum significant eodem modo principaliter res, & conceptus.

Ratio.

3 Descendendo autem ad particulares voces vna principalius significat res, alia principalius significat Conceptus. Neque sunt per hoc

æqui-

æquiuocæ quia ſubordinantur, nam quando ſignificant conceptus principalius ſignificant minus principalius res; vt quando dico *hæc eſt mea ſententia* ſignifico principalius conceptum, & minus principaliter rem, quæ eſt ipſamet ſententia; Sic è contra quia non poſſum proferre voce rem niſi aliquo modo perceperim mente. Et quamuis Voces ſubſtituantur vt plurinium loco conceptuum, non ideo ſequitur quod conceptus ſemper principalius, & immediatius ſignificetur quia ad rationem ſupra allatam accedit quod poſſit aliquod ſubſtitui loco alterius, & non ſignare illud loco cuius ponitur V. G ſi ſignum aduẽtus hoſtium ſit fragor ex exploſione Pilæ Aeneę è tormento Bellico, ſi loco huius ſubſtituetur erectio Vexilli rubri in Arce, tunc illa erectio Vexilli non ſignificat fragorẽ exploſionis, ſed aduentus Hoſtium. Idem de ſignificatione vocis reſpectu cõceptus, & Rerũ. *Nota*

a Accipitur hic vox tam pro nomine, quam prò Verbo. *Nomen .n. eſt Vox ſignificatiua ſecundum placitum ſine tempore, cuius nulla pars ſignificatiua eſt ſeparata.* Dicitur *vox ſignificatiua ad placitum, Quia eſt ſonus Animalis ore prolatus ab imaginatione prouenieus* (quæ eſt definitio vocis,) & debet ſignificare certum secũdum *Nomen quid* *Vox quæ*


intentionem nomen inponentis. Dicitur *sine tempore*, quia non significat certum, & determinatum tempus, scilicet Præsens, præteritum, & futurum: quare istæ voces *Annus Dies &c.* licet significarent tempus, non tamen significant cum tempore, quia non significāt certam temporis differentiam, quod spectat ad solum verbum, vt *scribo legens*, quæ significant actionem factam tempore presenti. Apponūtur vltimæ particulæ ad excludendos terminos, complexos, vt est *homo victus* cuius partes significāt per se; nam si partes nominis significarent, per accidens, & se haberent impertinentur respectu nominis non per hoc uerificaretur definitio, *sic Dominus* est nomen, licet eius partes scilicet *Do*, & *minus* significent, quia impertinenter se habent ad nomen *Dominus*, & non significant ut coniunctæ.

Verbū quid. 5 Verbum est *vox significatiua articulata ad placitum cum tempore, cuius pars nihil significat seorsum, & est semper eorum quæ de altero prædicantur Nota.* Vltra explicatas particulas ut supra de Nomine. Dicitur *cum tempore*, quia significant certam temporis differentiam, quam non significat nomen Adduntur ultimæ particulæ idest, *quod sit semper eorum quæ de altero prædicantur nota*, ut exclu-

cludantur à ratione uerbi omnes alij modi uerborum qui non significant rem in esse, uel non inesse subiecto ut est modus imperatiuus, optatiuus, &c.

6 Quia ex nomine, & uerbo constituitur enunciatio, quæ pertinet ad secundam operationem, & ex enunciationibus conflatur discursus, qui pertinet ad tertiam operationem, ideo in secunda operatione erit sermo de enunciatione includente Iudicium, & in tertia de discursu seu syllogismo; sed ante secundam, & tertiam operationem datur prima ideo dicemus modo de prima, & de pertinentibus ad ipsam, quæ præcipue sunt Termini, seu particulares, seu uniuersales, & definitio.

enunciatio.



CENTILOQ. V.

De Prima Operatione Intellectus: Vbi etiam de Terminis, & de Definitione.

Tres operationes Intellectus.

1 OPerationes Intellectus Tres comuniter assignantur; & bene. Simplex, scilicet appræhẽsio, Iudicium, & Discursus. Et quia Appræhensio quomodocumque fiat sẽper reducitur ad primam operationem; Sicut etiam Iudicium seu sit simplex vt Angelicum, seu compositum, ut humanum, semper reducitur ad secundam, ita etiam discursus seu fiat ex pluribus propositionibus, seu ex una uirtualiter continens plures, ideo Tres tantum sunt ex triplici constitutiuo formali ipsarum, vt melius infra.

Simplex Apprehẽsio quomodo.

2 Simplex Appræhẽsio est quando Intellectus cognoscit obiectum simpliciter nihil affirmando, vel negando cum Iudicio, vt cum appræhendit Intellectus hominem; vel est quando Intellectus cognoscit etiam obiectum compositum affirmatum, vel negatum, sed tamen sine Iudicio ideo-

ideoque illa compositio, seu affirmatio: & Diuisio, seu negatio se tenet materialiter, & ex parte obiecti sine Iuditio ex parte intellectus: Probatur quia ad primam operationem Intellectus pertinet definitio, sed in Definitione reperitur aliqua compositio Generis, & Differentiæ, quæ se teneat ex parte obiecti, ergo Illa erit prima operatio, quæ nullo modo iudicat, sed solum appræhendit quodcumque sit, seu sit simplex, seu sit cōpositum. Probatur secundo, quia possumus dare Iuditium de ista propositione ab alio prolata *homo est Animal*; ergo antequam iudicemus an sit bona, nec ne, necesse est vt appræhendamus talem propositionem, sed ista propositio habet affirmationem; ergo ipsa met affirmatio debet appræhendi; ergo in ipsa appræhensione potest dari affirmatio, & negatio naturaliter, & quæ se teneat ex parte obiecti. *Ratio* *alia*

3 Neq; per hoc confunditur prima cum secunda operatione, cum non possit hoc modo discerni, quando est prima, & quando secunda, si in vtraque potest esse affirmatio, & negatio: nam formale distinctiuū secundæ à prima, est Iudicium, per quod constituitur secunda operatio; itaque quando est affirmatio, & negatio cum Iuditio, est secunda; *constit. 2. op.*

 quan-

[illegible] vero est negatio, & affir-
[illegible] & quæ se teneat
[illegible], & sine Iu-
[illegible] operatio, quæ sim-
[illegible]. Et prouida
[illegible] ad hoc di-
[illegible] V. G. interro-
[illegible] passio, in quâ
[illegible] & non est Iu-
[illegible] penes nos
[illegible] tamen
[illegible] formali-
[illegible] operatio in-
[illegible].

[illegible] operationibus po-
[illegible]talis, &
[illegible] ignoratio-
[illegible] veritas imagi-
[illegible] solum in
[illegible] seu sit opposita
[illegible] enim veri-
[illegible] omne ens reale
[illegible] cum Idea
[illegible] tanquam
[illegible] existentiæ, &
[illegible] datur ve-
[illegible] operationibus, in
[illegible] cum
[illegible] operatio ita
[illegible] per spes
[illegible] est confor-
[illegible] difformis, nam
[illegible] obie-
[illegible] species percipi-
tur.

tur; ergo in prima operatione non potest esse *falsitas* proprie, quod est conforme Aristoteli 3. de Anima Tex. 21. vbi ait non reperiri intellectionem falsam indiuisibilium, & 9. Meth. Tex. 22. *simplicia* (ait,) *vel sciuntur*, *vel tota ignorantur* Obiectum enim primæ operationis licet sit compositum, vel diuisum adhuc tamen vt indiuisibile, & simplex, est respectu appræhensionis.

5 Itaque In prima operatione falsitas non est nisi negatiuè, & per accidens, scilicet quatenus disponit ad falsificandum Iudicium, & sic habet carentiam conformitatis, quæ reperitur in omni imagine respectu obiecti, quod non repræsentat, non vero habet difformitatem, sicuti non dicor habere falsam cognitionem de obiecto, quod nullo modo à me cognoscitur sed potius dicor non habere cognitionem. Per hanc falsitatem negatiuam, quam habet prima operatio, per quam potest disponere ad falsum Iudicium, habet rationem dirigibilis à Logica, ideoque eius obiecti rationē potest participare, cum Logica possit præscribere modum quò possit progressus terminorum appræhendi. *falsitas*

6 In reliquis vero operationibus propriè datur falsitas quia debent inuestigare quomodo res propriè se *Datur falsitas in alijs operat.*

quando vero est negatio, & affirmatio naturaliter, & quæ se teneat tantum ex parte obiecti, & sine Iudicio, est prima operatio, quæ simpliciter appræhendit. Et prouida natura instituit signa ad hoc dignoscendum; tale est V. G. interrogatio, & aliqua alia passio, in quà est integra propositio, & non est Iudicium; & licet non esset penes nos tale discerniculum, adhuc tamen natura sua distinguerentur formaliter prima, & secunda operatio interse per iudicium.

Veritas quotuplex.

4. In omnibus operationibus potest dari veritas prædicamentalis, & formalis seu sit opposita ignorationi, & appellari solet veritas imaginis, cum sit conformitas solum in repræsentando, seu sit opposita falsitati (trascendentalis enim veritas est illa per quam omne ens reale habet vt conformari posit cum Idea Diuina, à qua dependet tanquam à prima Regula, suæ existentiæ, & suæ veritatis) In tantum datur veritas in omnibus operationibus, in quantum datur conformitas cum obiecto; Prima enim operatio ita repræsentat obiectum, vt per spes proponitur, & sic ita illi est conformis vt non possit esse difformis, nam est impossibile vt repræsentet obiectum aliter ac per species percipitur.

Quid Veritas

In prima operatione est Veritas.

tur, ergo in prima operatione non potest esse falsitas proprie, quod est conforme Aristoteli 3. de Anima Tex. 21. vbi ait non reperiri intellectionem falsam indiuisibilium, & 9. Meth. Tex. 22. *simplicia* (ait,) *vel sciuntur, vel tota ignorantur* Obiectum enim primæ operationis licet sit compositum, vel diuisum adhuc tamen vt indiuisibile, & simplex, est respectu appræhensionis.

5 Itaque In prima operatione falsitas non est nisi negatiuè, & per accidens, scilicet quatenus disponit ad falsificandum Iudicium, & sic habet carentiam conformitatis, quæ reperitur in omni imagine respectu obiecti, quod non repræsentat, non vero habet difformitatem, sicut i non dicor habere falsam cognitionem de obiecto, quod nullo modo à me cognoscitur sed potius dicor non habere cognitionem. Per hanc falsitatem negatiuam, quam habet prima operatio, per quam potest disponere ad falsum Iudicium, habet rationem dirigibilis à Logica, ideoque eius obiecti rationē potest participare, cum Logica possit præscribere modum quò possit progressus terminorum appræhendi. *falsitas*

6 In reliquis vero operationibus propriè datur falsitas quia debent inuestigare quomodo res propriè se *Datur falsitas in alijs operat.*

habeant, & non ſolum illas repræſentare vt obijciuntur ſicuti prima operatio; & ſic ſi iudicat alio modo; ac res ſe habet, dicitur falſa propoſitio. Et non poſſit fieri paritas primæ ad ceteras operationes, quia munus cæterarum eſt proſpicere, & indagare, vt res ſunt in ſe, & non repræſentare vt obijciuntur; ſicuti facit prima operatio, quæ ſemper eſt vera, & negatiue ſolum aliquando falſa, cum vel repræſentet vt eſt, & ſic vera, vel non repræſentet, & ſic negatiue falſa.

Quid eſt terminus.

7 Ad primam operationem Intellectus pertinent termini, qui à terminando dicti ſunt, *& dicuntur extrema alicuius rei, extra quæ nihil eſt illius rei, & intra quæ tota eſt illa res, vt Ager, Vinea, &c.* Hac ſimilitudine explicantur termini Logici, de quibus nunc eſt ſermo, qui poſſunt dici *extrema propoſitionis, quibus tota clauditur propoſitio.* & magis proprie ab Ariſtotele lib. p. Priorem cap. p. dicitur quod terminus ſit *in quem reſoluitur propoſitio* V. G iſta propoſitio *homo eſt Animal* ſi reſoluẽda ſit in ſuos terminos, reſoluitur in terminũ *homo* qui propoſitionẽ terminat ex parte antecedẽti, & in terminum *Animal* ex parte altera, & ſu verbum *eſt* quod appellatur copula, quia coniungit *hominem* ſubie-

Terminus propoſitionis quid.

bie-

biectum cum *Animali* prædicato, quod affirmatur de homine: itaque propositio duobus terminis constare debet, & Copula. Quod si interdum videntur esse plures termini, vel ex parte subiecti, vel ex parte prædicati V. G. *Omne animal risibile est per se discursiuum*, tamen duo termini sunt, cum habeant rationem subiecti, vel prædicati.

8 Terminus Alius est mentalis, qui mente concipitur, scriptus, qui scribitur, Vocalis qui voce profertur, & de isto est sermo, Alius est significatiuus, cum auditus facit venire in cognitionem alterius rei, alius non significatiuus qui nihil significat. Singificatiuus alius est Cathegorematicus, qui per se sumptum aliquod determinate significat vt homo; Sincatheorematicus vero qui nihil determinate significat, vt non homo, & potest dici etiam terminus indefinitus, cum vnam rem determinatè neget, & nihil determinate significet. Isti, & alij tales sunt termini absoluti. *Termini absoluti.*

9 Termini vero ad alios comparati, alij sunt pertinentes, alij impertinentes Impertinentes sunt quādo neuter ad alterum pertinet, vt V. G. *Iustitia Albedo* Pertinentes sunt ita vt vel vnum alteri repugnet, vel vt vnum requiret alterum. *Comparati* *Impertinente*

Qui repugnat alteri; & se inuicē excludant dicitur pertinens repugnantia. Qui vero requirit alterum inuicem infert dicitur pertinens sequela.

Pertinētes sequela

10 Pertinentes sequela sunt duplicis generis. Primum genus est eorum quorum vnus est inferior, alter superior. Secundum genus est eorum terminorum, qui sunt conuertibiles. Prò terminis primi generis hæc regula tenenda est; Quando de vno affirmatur terminus inferior, & minus late patens, in aliqua linea Prædicamentali, de eodem poterit affirmari terminus superior, seu magis late patens in eadem linea: si enim de Petro affirmatur homo poterunt affirmari omnes alij termini superiores, nempe quod sit viuens, Corpus &c. si vero affirmatur de aliquo quod sit *substantia* V. G. Angelus nō ideo poterit affirmari quod sit Corpus. Secunda regula est: quidquid potest prædicari de re significata per aliquem terminum inferiorem, poterit etiam prædicari de re significata per terminum superiorem partialiter, & indeterminate sumpta; V. G. homo currit, ergo aliquod Animal currit. Et quidquid potest de superiori vniuersaliter sumpto, poterit etiam prædicari de inferiori, vt quidquid asseritur de omni substātia, poterit etiam affirmari de Petro.

In arg. prima regula

2. reg.

Pro

11 Pro Terminis secundi generis hæc regula tenenda est: Quandocumque isti termini prædicantur de quocumque negatur, vel affirmatur vnus negatur vel affirmatur alter conuertibilis, vt quidquid affirmatur de *homine*, vel negatur, affirmatur, vel negatur de *risibili*, & quidquid prædicatur, de vno prædicatur de altero: Quidquid enim prædicatur de *homine*, etiam de *rationali* prædicatur. *Altera regula.*

12 Termini vero pertinentes repugnantia diuidũtur in quinq; Classes scilicet in Disparatos, Relatiuos Contrarios, Priuatiuos, Contradictorios. Disparati sunt, quæ significant res diuersas, ita vt de eadem re, dici, non possint cum nec simul, nec successiuè] esse possint, vt *homo*, & *Equus*. Differunt à terminis impertinentibus quia isti possunt vel simul esse vel succedi, vt *Iustitia albedo*, quæ ad inuicem possunt succedere, non vero disparati, vt *homo*, & *Equus*. Relatiui Contrarij, Priuatiui, Contradictorij explicantur infra Centiloq. 20. *Pertinentes repugnantia.* *Disparati.* *Diff. à Impertinentibus.*

13 Prò istis terminis pertinentibus repugnantia, hæc regula est: ex affirmatione vnius semper valet inferre negatio alterius illi repugnantis, sed non semper valet à negatione vnius ad affirmationem alterius. *Regulis*

rius, nam non valet; *non est niger Paries, ergo est albus*; quia potest esse Crocei coloris, sed in contradictorijs semper valet.

prima Intentionis. 14 Alij termini dicuntur primæ intentionis, & sunt illi qui significant primo, & per se res ipsas quæ obijciuntur nostro intellectui, vt lapis, Templum &c. Alij sunt secundæ intentionis qui significant res non pro vt sunt in se, sed prò vt sunt cognitæ ab Intellectu, huiusmodi sunt Nomen, Verbum, Prædicabile, Prædicamentum, subiectum, Prædicatum, Species &c. Quare cum facimus tales propositiones *homo est nomen* V. G. *Animal* est *genus* &c. idquod affirmatur de homine, & de Animali non conuenit illis à parte rei, sed quatenus sunt tali modo cognita.

Secũda Intentionis.

Particularis. 15 Alius terminus est particularis qui vnum significat, vt Petrus, quidam homo, Exercitus. Alius est comunis qui significat plura, quæ tamen non conueniant Vniuoce, sed vel æquiuoce, vel Analogice Equiuoci quorum nomen comune est ratio significata per nomen omninò diuersa. Analogi Quorum nomen comune est ratio significata per nomen partim eadem, partim diuersa vt Sanum. Vniuoci quorum nomen comune est ratio significata per nomen omninò æadem, vt homo, &c.

Cõmunis. æquiuocus. Analogus. Vniuocus.

Ter-

Terminus vniuersalis est ille qui plura significat Vniuoce inter se conuenientia vt sunt Prædicabilia & Prædicamenta Quare. *Vniuersalis.*

CENTILOQ. VI.

De Prædicabilibus in Communi. Vbi De Indiuiduo Vago.

1 PRædicabilium naturalium (scilicet quando superiora de Inferioribus prædicantur) solum quinque classes sunt, nempe Genus, Species, Differētia, Proprium, & Accidens; nam aliquid vel se habet, vt essentiale, vel vt accidentale respectu alterius. Si vt essentiale, vel se habet vt tota essentia, & sic est species, vel se habet vt pars essentialis perfectibilis, & sic est Genus; vel vt pars essentialis perfectiua, & sic est Differentia. *Prædicatio naturalis.* *Prædicabilia quinq.*

2 Si vero vt accidentale, vel vt accidens per se connexum cum subiecto, & emanans à natura, & sic est Proprium; vel vt Accidens non connexum per se, sed contingens, & sic est Accidens commune; Iste tamen numerus quinque Prædicabi-

cabilium ita est sufficiens, vt si alius esset non bene explicaret: Nam si assignarentur tantum duo, videlicet, Accidentale, & substantiale, vel quale, & quid adhuc esset necessaria noua subdiuisio ad sufficientem, & claram enumerationem. Si vero assignentur plura, vt V. G. decem, vt sunt decem Prædicamenta, non explicaretur natura prædicabilitatis, quæ distinguitur à Prædicamentis, quia ista desumunt numerum ex diuerso modo essendi naturarum in se, Prædicabilia verò ex modo essendi in alio, adeoque prædicandi de alio, sed quinque solum modis vt dictum est aliquod potest in esse alteri ergo etiam solum quinque modis potest esse Prædicabilitas.

Prædicamenta Decē

Disparitas.

3 Et quamuis Genus sit duplex, Generalissimum nempe, & subalternum, tamen constituunt Vnum Prædicabile; quomodocumque enim concipiatur semper se habet vt pars essentialis perfectibilis; Idem dic de duplici Specie, subalterna scilicet, & infima cum semper se habeant vt tota essentia: Ità etiam de Differentia Generica, & Specifica, cum semper sit pars perfectiua; Sic de Accidente siue separabile sit, vel inseparabile, cum habeat semper rationem contingentis, adeoque constituentis Proprium Prædicabile.

Ra-

4 Ratio Comunis Prædicabilium etiam si abstrahatur ab omnibus Prædicabilibus non constituit sextum Prædicabile; cum non distinguatur fundamẽtaliter ab illis quinque; formaliter vero impropriè, & Analogicè illa ratio communis se habet ad illa quinque, nam ratio cõmunis, idest Prædicabilitas diuerso modo se habet in genere, cũ sit de pluribus differẽtibus specie ac se habeat in specie cũ sit de pluribus differentibus numero, & sic respectu cęterorum. Et etiam si eodem modo se haberet ad quinque adhuc non constituit sextum, nam se haberet vt pars perfectibilis, ergo reduceretur ad Genus, vt patet: ideoque illa ratio communis, & superior impropriè dicetur inferior ad primum Prædicabile, nempe ad Genus, quatenus scilicet, Genus imperfectum, & Analogum, vt est Prædicabilitas illa communis ratio ad quinque reducitur ad Genus perfectum, & Vniuocum, vt est primum Prædicabile, & sic non est mirum, si idem possit esse superius, & inferius sub diuersa ratione. *Prædicabilitas communis impropriè Genus.*

5 Indiuiduum *Vagum dicitur illud quod rem singularem, sed indeterminatè significant* V. G. Persona, Indiuiduum, aliquod &c: Sed cum à parte rei semper sit determinatum, & cer- *Indiuiduum Vagum Quid.*

certum, hinc est, quod Indiuiduum Vagum, cum sit aliquid indeterminatum, non est à parte rei, sed per actum confusum intellectus, seu Voluntatis, nam noster intellectus, & Voluntas possunt ferri vagè in obiectum per cognitionem confusam, Vt cum Intellectus repræsentet voluntati esse in India aliquod pomum pulcherrimum, & salubre, certe voluntas fertur vagè in illud appetendo quodcumque sit. Intellectus vero, & Voluntas diuina non possunt producere actum tendentem vagè in obiectum, in quantum Intellectus non repræsentet voluntati certum, & determinatum obiectum, hoc enim modo esset cognitio falsa in Deo (quod absit dicere) potest: tamen vage ferri voluntas diuina, si represenтetur illi æqualis bonitas in obiecto, quia tunc non prouenit ex cognitione falsa sed distinctà vt habetur 12. leuit: vbi præcipitur mulierem pro sua purificatione par *Turturum*, *aut duos pullos colombarum* debere sacerdoti tradere.

Quomodo detur.

In Deo non datur vno modo.

datur alio modo.

6 Cum ex Indiuiduo vago costitui possit formalis propositio inseruiendo, vel pro subiecto, vel pro prædicato, potest enim dici *Petrus est aliquod Indiuiduum*, & etiam *aliqua Persona est Petrus*, dubitari potest cum Caietano an constituat sex-

Indiuiduum Vagum

sextū prædicabile diuersum à quinq; attamen cum includat vltimam differentiam (aliter non esset Indiuiduum) repugnantem vniuersali, adeoque prædicabili, non constituet sextum diuersum à cæteris.

sextum prædicabile non.

Ratio

7 Neque valet dicere quod *Petrus est persona*) sit bona predicabilitas, sicuti est, *Petrus est Homo*, sed ista predicabilitas non est vna ex quinque, nam *persona* respectu Petri neque se habet vt genus, neque vt species &c. ergo constituet sextum predicabile. Non valet (inquam) hoc, duplici precipua ratione, relictis alijs: primo quia se habet vt Analogum, potest enim dici Petrus est Indiuiduatio. seu persona, non tamen e contra, vt patet, sicuti requiritur ad vniuocationem requisitam ad predicabile. Secundo quia hæc predicabilitas reducitur ad vnam ex quinque, nam dicere *Petrus est Indiuiduum, Paulus est Indiuiduum Bucefalus est Indiuiduum*, certe hæc predicatio reducetur, vel ad accidentalem, vel ad substantialem: ad primam enim reducitur, si predicatur vt habet naturam, est enim per accidens quod *V*. G. Petrus sit Indiuiduum naturæ humanæ, nam poterat esse, & non esse in illa: Ad secundum vero reducitur nempe ad Genus, vel ad speciem si predicatur Indi-

Obiect.

solutio prima, & ratio.

secūda.

Indiuiduatio de Petro V.G. vt de Indiuiduo, Indiuiduatio enim respectu Indiuidui est essentialis, ergo predicatur in quid de indiuiduis, adeoque si de pluribus differentibus specie erit Genus; si de pluribus differentibus numero erit species, ergo non constituet sextum. Adde quod vel Persona est quid Vniuersale quãdo prædicatur de Petro, Paulo, & tunc cum non dicat indiuiduationem non sumus in casu, sed reducitur ad vnum ex quinque, vel est quid Indiuiduale, & tunc non est Prædicabilitas, cum non sit superioris de inferiori, licet sit bona enunciatio.

Discrimen definitionis à Descriptione.

8 Definitiones prædicabilium, vt prædicabilium, non sunt rigorosæ, sed potius descriptiones, cum prædicabilia sint concreta accidentalia, & explicentur per prædicabilitatem, quæ est passio vniuersalis, ergo licet sint bonæ descriptiones vt in proprijs locis infra, non sunt tamen rigorosæ definitiones, quæ per hoc differunt a descriptionibus quod istæ fiunt per Proprietates, illæ verò per Differentias.

Prædicabiliŭ requisita primũ, & secũdũ.


9 Colligitur itaque ex dictis plura esse requisita ad predicabile, nempe vt sit vniuocum, & vniuersale ad hoc vt possit æque bene prædicari de inferioribus, & considerari *vt vnum aptum eodem modo essendi in plu-*

pluribus. Vt sit concretum, ad hoc vt clarius explicetur; ideoque forma substantialis, licet substantialiter determinet materiam, tamen non potest, dici differentia, cum non explicetur per concretum vt explicatur prædicabile. Vt sit terminus Incomplexus, cum explicet vnam naturam vniuersalem. Vltra ista requisita, ad hoc vt Differentia, Proprium, & Accidens constituant propria prædicabilia distincta à primis duobus requiritur vt non solum abstrahant ab inferioribus sicut Genus, & species, ad hoc vt sint vniuersalia: Sed præterea vt abstrahant à subiectis, vt ex Vallio, & melius infra Centil. 9. n. 3. & 4. Quomodo vero se habeat ratio formalis prædicabilitatis, & quomodo debeat intelligi definitio cuiuscunque prædicabilis, vt quo an vn quod Vide infra Centiloq. 11. num. 5.

3.

4.

Nota diligenter.



CEN-

GENTILOQ. VII.

De Genere.

Quotuplex Genus

1 NOmine generis hic non sumitur pro vno, ad quod multa referantur, vt cum dicitur V. G. Romanorum genus, sed sumitur Genus, quatenus illi supponitur species. Hac acceptione duplex est Genus. Supremum scilicet, & subalternum. Primum est illud, quod non habet aliud supra se in aliqua serie prædicamentorum V. G. in serie prædicamenti substantiæ, quæ est ista, & dicitur etiam linea, videlicet

Supremum.

linea

(Substantia
Corpus
Viuens
Animal
Homo
Petrus)

substantia est genus generalissimum, quia in hac linea prædicamentali non habet aliud supra se. Secundum est illud, quod stat subaltero genere, ideoque non est primum in aliqua serie; huiusmodi sunt Gorpus, Viuens Animal; Sed Animal potest dici etiam genus infimum in hac linea, quia non est aliud genus infra, nam

subalternum.

infimũ.

nam homo est species infima cum habeat sub se solum indiuidua vt Petrus &c.

2 Genera subalterna dicuntur etiam species subalternæ, sed cum diuerso respectu, nam *Corpus* quatenus stat supra *Viuens*, & respicit inferiora dicitur genus, quatenus vero stat sub *Substantia* dicitur species. Æadem est ratio de viuente, & de Animali. Quomodocumque tamen accipiatur Genus seu prò subalterno, seu pro supremo bene describitur esse *illud, quod potest prædicari de pluribus differentibus specie in quid*, nam, & conuenit omnibus generibus, & solum illis, cum per particulas (*differentibus specie*) distinguatur à specie, per particulam (*in quid*) à cæteris. *Species subalterna.* *Definitio generis*

3 In hac descriptione; vt quo, & formaliter describitur ipsa genereitas, cum se habeat, vt forma constitutiua concreti: Materialiter verò & vt Quod ipsa natura, quæ substat genereitati, cum habeat rationem subiecti. Natura autem supponitur pro omnibus naturis, quibus competit ratio generis; nam sicut vnum genus supponit pro vna natura, ita genus in communi supponit pro omnibus naturis genericis, quæ licet fundamentaliter Analogicè interse conueniant, formaliter tamen impor- *Vera acceptio definitionis Vide Cent. 11. in fine.*

portant vniuocationem, cum stent sub eadem omnino consideratione generis.

4 Si consideremus genus, vt totum essentiale, certè potest consistere in vno indiuiduo vnius speciei; essentia enim Animalis quod est genus est vt sit *viuens sensibile*, sed dato vno Animali, habetur hoc, ergo in vno solum indiuiduo datur genus vt totum essentiale, At si consideretur genus, ut totum uniuersale, requirit plures species, debet enim predicari de pluribus speciebus quarum una saltem debet dari, ut possit fieri abstractio; Aliæ sufficit, ut sint possibiles, quia genus debet posse predicari: An, uero sint possibiles naturaliter, seu Physice, uel supernaturaliter seu Logicè, parum refert: quomodocumque enim dentur, seu sint possibiles species illæ; potest de eis prædicari genus.

Genus vt totũ essentiale.

Vt totũ vniuersale.

5 Requiritur tamen quod species cognoscantur ut possibiles, nam illud dicitur genus quod potest predicari de pluribus specie differentibus, sed prædicabilitas de pluribus, sequitur ad posse esse iu pluribus, ergo si non cognoscitur, ut potens esse in pluribus neque æstimatur, ut potens prædicari de pluribus. Neque sufficit, ut cõcipiantur species ut possibiles, licet uerè non sint possibiles, ut Ca-

Requisitum.

uti Caietanus, uult, nam hoc modo genus esset ens rationis, & tamen ut uniuersale non est purum ens rationis, cum debeat habere fundamentum à parte rei, a quo fiat abstractio necessaria ad vniuersale. Vide de Differentia, & Centil. 9. & 10. in fine.

CENTILOQ. VIII.

De Specie.

1 SPecies bene explicatur, & describitur *vt sit illa, de qua prædicatur immediate genus*, vel *quæ immediate subijcitur generi*; nihil enim est imediate sub genere quam species quæcumq; sit speciei subalterna scilicet seu Infima; quamuis infima describatur ab eodem Porphirio *esse illam, quæ potest prædicari de pluribus differentibus numero*, nam illa sola vt concretum potest inesse in pluribus numero differentibus. Deus vero non prædicatur vt species de Patre, Filio, & Spiritu Sancto, quia licet prædicetur de tribus personis numero differentibus, tamen non sunt plura sub ea ratione, sub qua habent Identitatem cum prædicato, nam tres personæ Diuinæ sunt vnus *Definitio speciei.*

Deus, non vero tres Dij.

Species vt Vniuerſale. 2 Si ſpecies accipiatur, vt totum eſſentiale conſtituitur per prædicata eſſentialia, nam per genus, & differentiam conſtituitur in ſuo eſſe determinato, & completo: Si autem vt totum vniuerſale, conſtituitur per vnitatem, & aptitudinem ab intellectu factas, & requiſitas ad vniuerſale: *Species formaliter accepta.* Si tandem accipiatur ſpecies formaliter comunis ad ſubalternam, & infimam, conſtituitur per ſubijcibilitatem ad genus; nam ſpecies, vt ſpecies, correlatiua eſt generi, ergo non poteſt explicari niſi per ordinē ad genus vt explicatur etiam à Porphirio per deſcriptionem cōmunē ſpeciei ſubalternæ, & infimæ dicendo quod *ſit qua eſt ſub genere*, vel *de qua poteſt prædicari genus*.

Euertitur Toleti fūdamentum. 3 Nec ſpecies ineſſe ſpeciei poteſt conſtitui per vniuerſalitatem, vt vult Toletus; ſpecies enim ſubalterna quatenus reſpicit inferiora (ad hoc vt ſit vniuerſalis) non eſt ſpecies vt patet, ſed genus: Non poteſt quidem eſſe ſpecies infima niſi ſit etiam vniuerſalis; attamen non conſtituitur ratio ſpeciei per vniuerſalitatem, ſicuti non poteſt eſſe rationale quin ſit etiam riſibile, tamen rationale non conſtituitur per riſibilitatem; ergo conſtituitur

vt

vt species per subijcibilitatem ad genus sicuti subalterna, quæ vt Vniuersalis adeoque vt prædicabilis de inferioribus non est species, sed genus, vt patet.

4 Neque potest constitui species inesse talis per hoc quod sit perfectio essentialis alterius per modum totius per se stantis, vt videtur desumj ab ipsa Ethimologia speciei, quæ idem sonat, ac forma; nam hoc totum non habetur à specie vt species est; sed potius à specie vt totum essentiale est, vt patet, cum species subalterna respectu inferiorum sit genus, adeoque respectu illorum non erit perfectio essentialis per modum totius, cum potius vt genus perficiatur à differentia; respectu vero superiorum, cum sit perfectio, non est tota perfectio, sed pars, superius enim perficitur per positionem differentiæ. *Solutio Obiecti.*

5 Species infima in esse infimæ distinguitur à subalterna in esse subalternæ per respectum ad inferiora, nam infima non potest esse genus, vt potest esse subalterna respectu inferiorum vt explicuimus supra Centil. 5. num. 2. Et quamuis posset dici quod genus, vt genus distinguatur a specie per, esse cōstitutum per vniuersalitatem: Hoc tamen habetur quia genus semper respicit inferio- *discrimen speciei subalternæ ab infima.* *Obiect.* *Solut:*

ra inesse generis; non ita species in esse speciei, quæ quatenus subalterna est respicit superius, non inferiora, nam quatenus respicit inferiora est genus, non est species.

CENTILOQ. IX.

De Differentia.

1 TRiplex assignatur differentia: Prima comunissima dicitur, quando scilicet per accidens comune vnum differt ab alio: Secunda propria dicitur quæ pertinet ad quartum prædicabile: Tertia, & de qua est nunc sermo; constituit tertium prædicabile: pluribus modis describitur. Primo dicitur *illa, qua species abundat à genere*; idest per quam species actualiter excedit genus, non enim sufficit quicumque excessus, sed debet esse essentialis. Secundo dicitur, *quod aptum natum est diuidere ea qua sub eodem sunt genere*: accipiendo diuidere pro distinguere seu differre, nam multum est differētiæ inter diuersum, & differre; nam *diuersum* dicit duo, quorum vnum non est aliud; differre vero dicit etiam duō quorum vnum ita

Differentiarum acceptio.

Propria quid.

Discrimē int. diuersū & differe.

ita differt ab alio, ut tamen habeat aliquod commune per hoc itaque commune constituitur differentia ut prædicabile nam omne prædicabile est uniuersale, ergo per conuenientiam constituitur, & sic licet differentia indiuidua faciat differre; tamen differentiæ ut tales, interse conueniunt in ratione comuni scilicet inesse *nata, diuidere ea, quæ sub eodem genere sunt*, ergo constituitur prædicabile per conuenientiam.

2 Tertio differentia bene describitur quod sit, *quod potest prædicari de pluribus differentibus specie, vel numero in quale quid*; nam per particulas (*differentibus specie, vel numero*) compræhenduntur, & differentia generica, & specifica; per *quale* differt à genere, & specie; per *quid* differt ab accidente, & proprio, quæ non prædicantur ut qualitates essentiales; *Quid* enim in accidente idem est, ac quale ens, seu quale aliquod, sed in hoc prædicabili tertio (*Quale Quid*) accipitur pro eo, per quod indifferens ad hanc uel illam perfectionem essentialem (qualis indifferentia reperitur in genere, & materia prima) determinatur ad hanc perfectionem essentialem.

Definitio.

Vera acceptio Particulæ quid.

3 *Vera* prædicabilitas differen-

tiæ non est respectu speciei, & generis quamuis sit magis, immediata, & primaria respectu speciei; in tantum enim rationalitas conuenit Petro, in quantum Petrus est homo & in tantum sensibilitas perficit hominē, in quantum homo est Animal. Sed certe vera prædicabilitas naturalis est respectu inferiorum, cum respectu illorum, & sit substantialis, & magis latepatens, quæ duo requiruntur ad predicationem differentiæ etiam si non sit immediata, sicuti forma dicitur actus compositi, licet sit actus materiæ, ita licet differentia perficiat genus, & sit imdiata speciei, adhuc vera prædicabilitas est respectu inferiorum, quia ab illis fit abstractio, vt adsit vniuersalitas requisita ad prædicabile. Imo ad hoc vt cōstituat Differentia proprium prædicabile diuersum à genere, & specie, requiritur vltra (quod dic etiam de Proprio, & de Accidente) vt non solum abstractio fiat ab hac, & ab illa differentia, per quam abstractionem constituitur in ratione vniuersali; verū etiam requiritur vt fiat abstractio ab hoc, & ab illo subiecto habētedifferentiam, nā rationale non potest esse quin habeat rationalitatem, neq; album quin habeat albedinem; neque risibile quin habeat risibilitatem.

Differentia prædicabilitas.

Requisita.

aliud requisitā.

Si

4 Si enim non fieret abstractio à subiecto, vel reduceretur ad genus, si prædicaretur de pluribus differentibus specie; vel ad speciem si de pluribus differẽtibus numero ergo ad hoc vt Differentia, Proprium, & Accidens constituant tria prædicabilia propria, debent abstrahere ab inferioribus, & à subiectis habentibus talia inferiora, vt exemplificaui supra in albo V. G. accidente respectu Parietis, in risibili proprio respectu hominis, & in rationali respectu eiusdem hominis differentia, quæ si facit notabiliter differre duo (vt rationalitas, & rugibilitas) erit Differentia specifica; Si vero adhuc plusquam notabiliter, erit Generica, vt rationalitas, & sensibilitas. Hæc autem Differentia magis, vel minus notabilis deprehenditur regulariter, vel ex experientia, & obseruatione iudiciorum prudentum, vel ex proprietatibus quæ ducũt principium à Differẽtia. *Nota.* *Origo proprietatum.*

5 Ratio autem cur Differentia non possit prædicari solum in Quid vt Genus, est quia ad hoc vt aliquid prædicetur in quid solum, debet se habere saltem vt totum potestatiuum, cum debeat includere saltem virtualiter totam essentiam, sicuti se habet Genus (licet respectu speciei sit, vt materialis pars

actualis, cum species confletur ex genere, & Differentia tamquam e x partibus, quarum Differentia se habet per modum formæ; sed vtraque se habet per modum formæ respectu Indiuidui, nam Indiuidua se habent tanquam materia, de qua videlicet de Indiuiduis, vt talia, accidentaliter prædicatur essentia, cum essentia habeatur tanquam forma, vt voluit significare Aristoteles. Secundo Phisic. Test. 28. dum dixit partes definitionis reduci ad causam formalem:) Cum vero Differentia nullo modo sit totum, sed pars perfectiua, & cum explicetur vt aliquod essentialiter quodammodo aduueniens rei completæ; hinc est quod dicatur per *quale quid*, idest per qualitatem essentialem, nam rationalitas dicitur essentialiter (vt ita loquar) aduenire Animali, iam constituto in suo esse completo.

(Nota)

Quare Differentia in quale.

6 Continet igitur Genus implicite Differentias; species uero continet explicite; Sed continere explicite seu implicite Differentias non tollit Vniuocationem, quia tam in Genere, quam in Specie prescinditur à Differentijs, & solum consideratur conuenientia, per quam constituitur quodcumque prædicabile, quod debet esse concretum, seu ad modum concreti ut sit uera identitas

Occuritur Obiect.

tas prædicati cum subiecto, verum enim est dicere *homo est Animal*; falsum, *homo est Animalitas*, quia in Concreto non importatur principaliter Differentia.

CENTILOQ. X.

De Proprio.

1 QVatuor sunt acceptiones Proprij. Prima quando Proprietas exigit tale subiectum unius speciei; non è contra, ut Logica conuenit soli Intellectui humano, sed non omnibus. Secunda quando subiectum exigit talem proprietatem sed non e contra, ideoque non conuenit solis Indiuiduis unius speciei, ut esse bipedē. Tertia quando subiectum exigit talem proprietatem, & è contra, sed non semper ut canescere, & ista non sunt tam rigorose Propria. Quarta, quando, & subiectum tale exigit talem proprietatem, & talis proprietas exigit tale subiectum, & hoc semper, ut risibilitas in homine.

Proprium 1. 2. 3. 4. *proprijssima.*

2 Hoc est Proprium quarto modo, quod ut subiectum quarti prædicabilis bene describitur per esse *illud quod accidit omni, soli, & sem-*

Definitio vt propriū. vera acceptio particularum. Omni, Soli. per, nam per *Accidit*, distinguitur à Genere, Specie, & Differentia; per alias particulas uerò ab Accidente comuni, quod non accidit *omni*, idést omnibus inferioribus sub una specie contentis, quia natura subiecti V. G. homo non exigit accidens comune V. G. albedinem, sicuti risibilitatem. Neque accidit *soli* idest uni soli speciei, quia accidens comune non exigit solum tale subiectū *Semper.* vt risibilitas exigit solum hominem: Neque tandem accidit *semper*, quia inter accidens comune, & subiectum non est necessaria connexio, ut inter subiectum, & Proprium, & per hoc.

Adde. 3 Debet etiam addi in allata definitione particula *per se*, seu, *ex suis principijs intrinsecis*, Calor enim summus licet non sit in igne, cum tamen exigatur ex suis principijs intrinsecis, vt summus, erit ignis proprietas; sic in aqua summa frigiditas, sine qua si reperiatur, aqua erit in *Esse in statu Violēto.* statu violento; & vt redeat ad naturalem statum idest vt reacquirat suam proprietatem, habet virtutem à natura:

4 Proprium autem vniuersale & vt est quartum prædicabile dicitur esse *quod potest prædicari de pluri-* *Descriptio vt prædicabile.* *bus differentibus specie* (si Genericū) *vel numero* (si specificum) *in quale accidentale conuertibile*; seu *in quale ne-*

necessarium, nam per particulam *conuertibile* distinguitur ab accidente comuni quod se habet contingenter. Per particulas vero *in quale accidētale* distinguitur à reliquis Attēte Adde quæ diximus Centiloquio sexto in fine num. 9. & superiori num. 3. & 4.

CENTILOQ. XI.

De Accidente.

1 ACcidens, vt Accidens est, bene dicitur *esse illud quod potest adesse, & abesse præter subiecti corruptionem*. Potest intelligi tam de separatione reali, quam per Intellectum: Reali quia quod contingenter coniungitur, (seu separabile sit vt albedo à Pariete, seu inseparabile, vt albedo à niue) cum alio; realiter potest separari ab illo absque illius corruptione: Per intellectum, quia quod contingentur vniter cum alio cum possit separari ab illo realiter, multò magis potest intelligi separatum per intellectum ab illo sine eius corruptione, vt exemplificat Porphirius de nigredine in Æthiope, in quò remanent prædicata essentialia, etiam ablata

Definitio vt Accidēs.

Separabile.

Inseparabile.

nigredine, quod etiam dici potest de albedine respectu niuis, præsertim cum in aliquibus regionibus decidant niues rubræ.

Explicatio particulæ abesse.

2 Vltimæ particulæ in allata definitione videlicet *præter subiecti corruptionem* coniungendæ sunt cum solo verbo (abesse;) ita vt accidens sit quod positum in subiecto potest ab illo, per se loquendo, abesse sine illius corruptione, nam hoc modo erit Discrimen Accidentis à Proprio, & melius soluuntur argumenta contraria, nempe, quod ulnus, & mors sint accidētia respectu Animalis: Et ex alia parte si coniungerentur cum verbo *Adesse* non conueniret definitio omni Accidenti; nam non potest quantitas, quæ est Accidens, adesse cum Angelo sine corruptione, consequenter Angeli, vt compositi, quamuis remaneret Angelus, vt Angelus. Est tamen necessaria particula *adesse*, nam aliter posset conuenire definitio etiam substantiæ, quia alia substantia, quæ mihi potuisset contingere abest preter mei corruptionem, ergo debet etiam poni *adesse*, nam ita non posset dici quod si mihi contigisset alia substantia posset *abesse* præter mei corruptionem.

3 Accidens vt quintum prædicabile est, dicitur vt sit *id quod potest*

præ-

prædicari de pluribus differentibus specie vel numero in quale accidentale contingens non conuertibile, nam per *contingens* distinguitur à Proprio; per (*in quale accidentale*) à reliquis: Per (*differentibus specie*) complectitur accidens Genericum: Per (*vel numero*) specificum. *Descriptio vt prædicabile.*

4 Dicta omnia intelliguntur non solum de Accidente nominali, seu inhærente; sed etiam de verbali, seu quod in se sit substantia, sed accidat alteri, vt Vestis, quæ licet in se sit substantia, respectu vestiti est accidens verbale, cum denominet subiectum accidentaliter vestitum. *Nominale.* *Verbale.*

5 Etiam hic, vt & in omnibus alijs prædicabilibus debet intelligi definitio sicuti diximus de Genere videlicet quod Genereitas in descriptione se habeat, *vt Quo*, seu formaliter cum sit forma quæ explicatur in obliquo; ipsa vero natura vt *Quod*, seu materialiter, seu denominatiue cum sit subiectum, quod explicatur in recto, & denominatur à forma, sicuti dum explicatur album esse disgregatiuum visus, & risibile esse quod habet potentiam ad ridendum: *In def. 5. Ratio formalis Prædicabilium se habet, vt Quo natura, vt quod*

6 Ratio vero cur Genereitas, specieitas infima (quæ solum prædicatur de inferioribus,) Differentieitas &c, definiantur, vt *Quo*, & formali- *Discrimen.*

maliter, non uero vt *Quod*, & denominatiue, ſicut naturæ ſubſtratæ

Ratio. Genereitati, ſpecieitati &c. eſt quia natura ſubſtrata prædicatur ut *Quod* cum ſit illud quod eſt in inferiora: At ratio formalis V. G. Genereitas &c. prædicatur ut Quo, nam tali modo eſt in inferioribus cum ſit id, ratione cuius natura eſt in inferioribus, & de illis prædicetur ut *Quod*:

Nota 2. ergo ratio illa formalis definitur ut *Quo*, & nullo modo, ut *Quod*, cum nullo modo ſit id, quod eſt in inferioribus, ſicuti eſt natura, ſed ſit id quo natura prædicatur de inferioribus, in quibus ipſa ratio formalis nempe Genereitas &c. ineſt ut *Quo* ſolum. Dixi *ſolum* quia non ſe habet, ut color, qui eſt *Quo* uidetur V. G. paries, & etiam ipſe uidetur, adeoque ſe habet etiam ut

Occurrit Inſtantia. *Quod* reſpectu uiſus. Nam ratio formalis non eſt *Quod* ineſt in inferioribus, ſed ſolum ratio *qua* natura de pluribus prædicatur inferioribus, ergo illa ratio formalis uidelicet Genereitas, Specieitas, &c. ſolum ſe habet ut *Quo* Accurate hic adde quæ dicta ſunt centiloquio 6. num 9. & 9. nu. 3. 4. & 4.

CENTILOQ. XII.

De ante Prædicamentis Vbi: de Præcisione.

1. IN ante prædicamentis tractantur ab Aristotele illa, vel quæ debent ingredi, vt vniuoca, vel quæ debent excludi à prædicamentis, vt Aequiuoca, & Analoga, quæ aliquo modo reducuntur ad æquiuoca per Aristotelem 7. Meth. dicendo *æquiuoca alia esse, quæ multum distant;* & ista sunt vere æquiuoca, *alia quæ non ita distant,* vt sunt Analoga: Vel quæ aliquo modo reductiuè pertinent ad prædicamenta, vt sunt denominatiua, & incomplexa. *Analoga esse imperfecta Aequiuoca.*

2. Vniuoca bene dicuntur *quorum nomen comune est; secundum nomen eadem substantia ratio; si per nomen* intelligatur quæcumque vox significatiua: per particulam *ratio* accipiatur definitio; & per *substantia* significetur essentia, quæ est etiam in Accidentibus, quæ sunt vniuoca. Hac tamen descriptione vt *quo* Vniuocum Vniuocans; vt *quod* vero Vniuocum Vniuocatum. *Definitio Vniuoci.*

Æqui-

3 Aequiuoca quoque benedicuntur *quorum nomen solum comune est, ratio verò substantiæ per nomen significata, diuersa*, si accipiantur particulæ, vt supra in definitione Vniuocorum, inter quæ debent numerari æquiuoca formaliter sunpta, & vt quo. Non sufficit quæcumque diuersitas in æquiuocis, neque in Analogis, neque quæcumque Identitas in vniuocis, sed quatenus eo nomine efferuntur, cum non in re, sed solum per ordinem ad nomen dicuntur vel vniuoca, vel Analoga, vel æquiuoca, quæ certe non possunt dari in mente, quia distincte sub hoc nomine canis in mente respondent, & Canis Terrestris, & Marinus, & Cœlestis, licet sit dubius audiens, cui Cani applicetur dum audit hãc propositionẽ *Canis currit*, quia in tãtum dubitat, in quantum scit sub hoc nomine illos tres Canes venire, adeoque dubium manet, cui applicetur prædicatum.

Definitio æquiuoci.

Nota

æquiuocum in mente non est.

4 Analoga multiplicis generis sunt, nam. Alia dicuntur attributionis, seu ab vno vt ait Aristoteles, seu ad vnum vt alij volunt; quando nimirum reducuntur Analogata V. G. Color, & Medicina sana ad vnum principale analogatũ, idest ad sanitatem Animalis: Vel dicuntur vnius ad aliud, quando vnum ex-

Analoga attributionis. ad vnũ

Vnius ad alterum.

explicatur per ordinem ad aliud, nam Accidentia respectu entis explicantur per ordinem ad substantiam: vel dicuntur duorum ad tertium, quando reducuntur ad aliud quod tamen non habeat idem nomen V. G. Medicina, & aer salubria dicuntur respectu Animalis, quod non potest dici salubre intrinsecè.

Duorum ad tertium.

5 Alia dicũtur proportionis quæ proprie significant habitudinem: est quando adsunt duo termini V. G. palmus ad bipalmare habet rationem dimidij ad duplum. Quando vero sunt quatuor termini melius dicuntur Analoga Proportionalitatis V. G. dum dicitur sicuti se habet oculus in corpore, ita Intellectus in Anima. Sed ista, alia sunt simplicita V. G. si dicas, sicut se habent duo ad quatuor, ita quinque ad decem. Vel sunt à commutata proportione vt sicut se habent duo ad quatuor, ita tria ad sex.

Analoga Proportionis.

Proportionalitatis.

Simplicia à commutata proportione.

6 In argumentatione si termini sint conuertibiles valet à permutata proportione à primo ad tertium, & à secundo ad quartum; Si vero non sunt termini conuertibiles, sed se habeant vt superius, & inferius non valet à secundo ad quartum, sed debet esse a primo ad tertium, & à quarto ad secundum, quia si dicas, *sicut se habet Animal ad non Animal,*

Nota pro argumentatione.

ita

ita homo ad non homo, non valet à permutata proportione ergo sicuti *se habet homo ad Animal, ita non homo ad non Animal*: Non valet, inquam; secunda pars consequentiæ a secundo ad quartum, cum possit esse *non homo*, & tamen non esse *non Animal* V. G. Equus; debet igitur esse à quarto ad secundum, ita scilicet, ergo sicut *se habet homo ad Animal, ita non Animal ad non hominem*.

Differētia inter Analoga. 7. Differunt Analoga proportionis ab Analogis attributionis non solum, quia in istis datur principale Analogatum, non autem in illis; verum etiam quia definiuntur ista per ordinem ad principale Analogatum, non vero illa, nisi sint Analoga in ista, quæ participant, & proportionis, & attributionis, vt ens in quo reperitur proportio, & attributio cum possit dici sicuti se habet substantia ad esse ens per se; ita accidens ad esse ens in alio, Quo- *Definitio.* moduncunque tamen accipiantur Analoga bene dicuntur illa *quorum nomen comune est ratio vero substantia partim eadem partim diuersa, siue* habeatur diuersitas ab abitudine, siue alio modo, per ordinem ad nomen vt diximus supra de Vniuocis, & Analogis quorum explicatio definitionum huc reuocanda, etiam est. *Metaphorica & Inaequalitatis.*

est, vt bene descripta sint Analoga vera nam Analoga Methaphorica, & Inequalitatis non tollunt Vniuocationem, Methaphorica enim quando non per proprietatem formæ, sed per trasslationem dicuntur, vt risus in Pratis: inæqualitatis vero, quando Inæqualitas habetur non ratione formæ, sed ratione differentiarum vt est inter Rationale, & irrationale, sed non respectu formæ V. G. Animalitatis.

8 Habitâ ratione ad formam, & ad habitudines, magis principaliter importatur forma, quam habitudo in Analogis attributionis, cum determinatè, & explicite dicatur forma implicite vero, & indeterminate habitudo, ergo non ita principaliter importatur habitudo, quæ si importaretur principalius posset dici: sicut se habet Medicina in causando sanitatem in Animali, ita color in significando ergo Analoga attributionis vt sunt Medicina, & Color sana respectu sanitatis Animalis confunderentur cum Analogis proportionis. Itaque licet habitudo importetur principaliter cum sit distinctiuum, tamen quia non est essentiale distinctiuũ vt Rationalitas in homine, sed potius accidẽtale vt in connotatiuo,

Habitudo, etiã forma principalior sit.

Occurritur. Obiect.

non

non ita principalius importatur sicuti forma, cum in Cœna quæ est alius terminus connotatiuus non importetur principalius tempus Vespertinum, licet sit distinctiuum à Prandio.

9 Neque obstat quod Analoga Proportionis denominentur à Proportione, ita etiam attributioins ab Attributione. Quia neque illa à Proportione, neque ista ab Attributione realiter, sed à rationibus quæ fundant, vel Attributionem, vel Proportionem denominantur.

Ens ut Analogum imperfecte præscindet.

10 Posito, ens esse Analogum ad substantiam, & Accidens secundum mentem Aristotelis asserentem 4. Meth. tex. 2. multipliciter dici, sicuti sanum, & 3. Meth. tex. 10. *Ens, & vnum non esse genera*; certe quod ens sicuti cætera Analoga non perfectè præscindit à suis inferioribus, si præscinderet perfecte inferiora ad ens formaliter non essent entia, quod non potest dici, vt n. 11 imo ens perfecte præscinderet à se ipso, quia si perfecte præscinderet ab ente per se, præscinderet etiam ab ente quod est seipsum, ergo solum præscindit imperfecte per vnam scilicet partem, qua cum ente constituitur substantia quæ est ens per se, ergo per partem *per se* præscindit à substantia, ergo imperfecte. Et li-

Obiect.

cet

cet concipiendo ens dubitetur an ſit ſubſtantia, vel Accidens, & in conceptu explicito entis nõ veniant explicite ſubſtantia, & Accidens, tamen per hæc non arguitur perfecta præciſio, cognita enim definitione dubitamus, cui conueniat, *& cognito lumine dubitamus an ſit ſub Genere ſubſtantiæ, vel Accidentis*; & ex alia parte definitum non venit explicite *neque in lumine veniunt explicite ſuperiora*, & tamen non eſt perfecta præciſio, *neque inferioris à ſuperiori* per aduerſarios, neque definiti à Definitione. *Solut. & iſtantia*

11 Præſcindere itaque perfecte eſt quando non poteſt formaliter, & vere, & naturali prædicatione prædicari vnum de alio; ideoque licet in Animali inuoluantur materialiter, & Rationale, & irrationale, cum formaliter non poſſint prædicari, non enim poteſt dici *Rationalitas eſt Animalitas*, ideo perfecta eſt præciſio: Sed quia non ſolum materialiter verum etiam formaliter in conceptu entis ſaltem implicite veniunt ſubſtantia, & Accidens cum formaliter poſſunt vere prædicari, poteſt enim dici *perſeitas eſt entitas*, ideo non adeſt perfecta præciſio. Neque obſtat quod non poſſit dici *entitas eſt perſeitas*; quia debemus attendere ad naturalem *Præciſio perfecta*

præ-

prædicationem superioris scilicet de inferioribus; & non è contra.

Nota attentissime. 12 Ex hoc patet ens neque esse perfecte vnum, neque perfecte contrahi ad vnum, nam ratio entis indiuisibiliter accepta non est vna perfecta forma, sed virtualiter multiplex: imo est ratio conueniendi, & differendi, sicuti dum videntur plura, inter quæ sit diuersitas, magis distincte percipitur conuenientia, sub qua venit in confuso diuersitas: *Item.* Et sic quando dicitur homo est ens non accipitur ens pro omnibus illis prò quibus supponit, sed pro vno, nam prædicatum determinatur à subiecto, ideoque quamuis ens non sit propriæ indifferens ad substantiam, & Accidens cum vtrumque *Pariter.* dicat saltem implicite, sicuti Pictura vna repræsentans Petrum, & Paulum similes; tamen est indifferens secundum applicationem, & suppositionem; potest enim tam substantiæ, quam Accidenti applicari, & supponi, sed non est proprie indifferens ad inferiora, cum illa dicat formaliter saltem implicite, habetur enim vera prædicabilitas naturalis formalitatum, vt supradictum est, vere enim potest dici per *seitas est entitas* cum accipiatur entitas per applicationem ad substantiam.

Ne-

13 Neqae obstat Analoga non dari, ratio enim significata per nomen cum sit essentia, quæ est indiuisibilis entitas, vel secundum totum conuenit cum alio, vel omnino differt, nam non admittit partes, quia etiam si Medicina sana V. G. habeat entitatem omnino diuersam à sanitate Animalis, adhuc tamen non est terminus Vniuocus, qui, & in nomine, & in essentia est idem; neque æquiuocus, qui tantum in nomine conuenit, neque dicat Attributionem, neque Proportionem; erit itaque *sanum* terminus Analogus, cum dicat quid commune nempe formam, cum omnia sana dicantur à sanitate Animalis; & etiam quid diuersum per attributionem, seu habitudinem: hinc patet Analoga dicere tria, & subiectum, & formam, & Habitudinem: per quam habetur aliqua diuersitas sufficiens ad Analogationem. *Solutio.* *Analogũ tria dicit.*

14 Denominatiua, quæ dicuntur *quæcumque ab alio differentia casu habent appellationem*; quinque requirunt conditiones, scilicet vt conueniant in significatione, sit diuersa terminatio, non significet aliquid essentiale, sit accidentale, vel per modum accidentis: & subiectum per modum recipientis. Hoc tamen intellige de proprio, & perfecto *Denominat: Definitio requisita.* *perfectũ In nomine tãtum.*

Ge-

Genere denominatiuorũ quod conuenit in re, & in nomine, vt gramaticus à Gramatica, non vero quæ conueniunt in nomine tantum, vt studium, & studiosus, & in re tantum vt virtus, & probus quæ duo vltima vt imperfecta denominatiua non tractantur ab Aristotele nisi secundum quid.

In re tãtum:

forma importatur principalius

15 In hac definitione importatur tam subiectum, tam forma, sed certe principalius forma, nam inuentor linguæ vtitur nomine formæ non subiecti ad exprimendum denominatiuum. Imo si non importaretur principalius forma falsificaretur definitio secundum illam particulam *Differentia casu*, nam etiam realiter differrent, si non considerentur secundum nomen, & secundo intentionaliter; cum secundum subiectum differant realiter vt patet. Et quamuis subiectum sit nobilius, quatenus est à parte rei, tamen vt denominatiuum non est nobilius, & etiam si esset ignobilius aliquando significatur, vt patet in denominatiuo album, & fortis, à quo, quando dixit Aristoteles, prouenire fortitudinem, non intellexit fortem denominatiuum, sed vt ponitur in actu secundo.

occurritur. Obiect.

multiuoca.

Diuersiuoca.

16 Ad ista aliquo modo reducuntur multiuoca, quando multis no-

nominibus vna essentia significatur V. G. ensis, Gladius &c. Diuersiuoca vero sunt, quando adest diuersitas, & in nomine, & in substantia. Complexa tandem, vel sunt cum iudicio *vt homo currit*; vel sunt plures termini vt *homo iustus*; vel est vna collectio V. G *Populus*, sed hic tertius modus non est rigorose terminus complexus neque rigorose Incomplexus, quia iste vnam rem, & vnum nomen importat vt V. G. homo.

Complexa.

Incomplexa.

CENTILOQ. XIII.

De Prædicamentis in Communi.

1 PRædicamentum est *quadã naturalis series, & ordo vnius summi generis, & eorum quæ sub ipso genere sunt quousque perueniamus ad singularia.* Bene decem numerantur prædicamenta, nam quidquid est in hoc Mundo (omnia enim creata continentur in prædicamentis) vel est substantia, & est primum: vel sunt Accidentia, quorum aliqua sunt intra subiectum, vt Qualitas Quantitas, Situs; vel sunt extra

Quid prædicamẽtum.

Decem sunt.

vt Vbi, quando, Habitus: vel sunt partim intra, & partim extra vt Relatio, Actio, & Passio; quæ duo vltima licet non distinguantur realiter interse, tamen cum distinguantur formaliter sufficit ad constituendum differens prædicamentum, ad quod requiruntur vltra dicta in prædicabilibus, etiam vt sit ens reale, vt habeat vnam essentiam, & vt sit finitum ex sua natura, seu non ex omni genere infinitum vt Deus, & tandem vt sit completum, & licet explicetur per concretum, hoc facit Aristoteles quia est terminus magis notus, & quatenus importat solum formam.

Requisita, 2.

ob: 3 Ob: omnes substantiæ constituunt vnum prædicamentum, ergo etiam omnia accidentia

sol: Respondeo quod omnes substantiæ creatæ, quæque sint, in ratione substantiæ describuntur, non ita accidentia quæ non haben *vnum esse* in ratione accidentis, à quo desumitur prædicamentum, cum aliud sit esse qualitatis, aliud esse quantitatis &c. ergo nouem prædicamenta accidentium cum nouem diuersis modis sit eorum esse quamuis omnia accidentia comunia constituant vnum quintum prædicabile cum Vniuoce conueniunt inter se ratione *qualitatis contingentis respectu substantiæ* omnia enim

Predicamëtum desumitur ab esse in se.

Disparitas à Pradicabili,

enim accidentia comunia eodem modo in quale contingens prædicantur sed non ita eodem modo sunt, vt patet. Vide Cent. 6, n. 2.

3 Adde quod illa ratio comunis (si daretur) accidentium non participaretur eodem modo; cum enim sit accidens certe non possit participari nisi vel vt qualitas vel vt quãtitas &c. ergo nõ esset diuersa ab illis nouem. Etsic vt detur sufficiens distinctio, & clara in decẽ Classes sũt diuisa, non plura quia reducuntur ad decem, non pauciora quia non essent clare distincta. Vide quæ dicta sunt in Centiloq. 6. n. 4. **Occurritur Obiect.**

CENTILOQ. XIV.

De Substantia.

1 SVbstãtia diuiditur in primam, idest particularem, & in secundam idest in Vniuersalem, vt Analogum in sua Analogata; nam *subsistere per se, & substentare*, vel *accidẽtia* vel *prædicata essentialia* (quæ est ratio substantiæ) realiter quidẽ, sed diuerso modo participatur à prima, & secunda, plus enim à prima, quam à 2. imo secũda substat, & substentat accidẽtia, quatenus est naturaliter in *Substantia prima quæ, quæ secunda.*

prima; & prima melius subsistit per se, cum se habeat, vt subiectum, & secunda vt principium: Iure igitur optimo ab Aristotele nominatur magis substantia prima, quam secunda.

Summũ genus, quod.

2 Summum genus in prædicamẽto substantiæ, non est illa ratio comunis ad primam, & secundam, cum sit Analoga, sed est substantia completa creata, comunis ad spiritualem, & materialem, & sic Angeli includuntur in linea prædicamentali eodem enim modo sunt in ratione formali substantiæ, cum eodem modo subsistant per se, eodem etiam modo includuntur Cœli etiam incorruptibiles; substantiæ enim, tam corruptibilis, quam incorruptibilis, tam materialis, quam spiritualis sub ratione formali substantiæ (idest per se subsistendi) eodem modo se habent, & non minus perfectè in ordine ad complete subsistendum se habet Angelus, homo Cœlum &c quam homo, & Equus &c. in ordine ad sentiendum.

Angeli includũtur, & Cœli.

rationes

3 Deus vero non includitur in prædicamento substantiæ, cum Analogice conueniat cum cæteris substantijs creatis, nam subsistere per se Dei dicit formaliter, & necessario actualitatem, non enim potest Deus non existere, sed subsistere

Deus non includuntur.

ſtere per ſe creaturarum non dicit neceſſitatem, ſed formaliter contingentiam, cum vnaquæque poſſit non exiſtere, ergo ratio formalis ſubſtantiæ, quæ in Deo eſt *per ſe formaliter ſubſiſtere neceſſario actualiter*, non participatur à creaturis eodem modo, cum in illis ſit formaliter per ſe ſubſiſtere contingenter Accedit quia Deus eſt infinitus ex toto genere, ergo includit Infinitum ex genere. Itaque ratio Superior ad Deum, & Creaturas, quæ diuiditur vel includitur in genere diuidente contra regulas bone diuiſionis, cum ſit infinitum ex genere & Deus qui eſt membrum diuidens ſit infinitum ex toto genere, quod includit infinitum ex genere, vel illa ratio etiam ſi ſit comunis ad Creaturas erit infinita ex toto genere vt Deus quod eſt temerarium aſſerere. *Ratio* *alia Ratio.*

4 Et quamuis concipiamus in Deo actum primum, & ſecundum veluti duas perfectiones non concipimus tamen actũ primum .ſ. potentiam cum priuatione actus ſecundi, ita licet poſſimus concipere ſubſiſtere per ſe, & actualitatem neceſſariam veluti duas perfectionis, tamen non diſtinguitur ſubſiſtere per ſe ab actualitate neceſſaria in Deo vt in Creaturis; non enim poſſumus intelligere agens vt eſt ſemper Deus quin exiſtat. *Occurritur. Obiect.*

Quod

5 Quod autem Intelligentiæ subsistent per se, sed spiritualiter, & alia entia substātialia materialiter vt homo, Cœlum &c. tamen *spiritualiter, & materialiter* non veniunt sub ratione formali per se subsistendi præcindendo enim ab illis differentijs eodem modo formaliter per se subsistunt, at non ita in Deo qui in ratione formali per se subsistendi dicit actualitatem necessariam, in Creaturis contingentem. Accedit quod Creaturæ quæque sint, definiuntur: & componuntur saltem ex genere, & differentia ergo habent rationem conueniendi quod est genus, & differendi, quæ est differentia: Deus vero ex comuni Theologorum sententia vt ex S. Th: p. p. q: 3. per totam, nullo modo componitur, sed est simplicissimus, Si enim componeretur diceret partes quæ cum sint imperfectæ, dicunt defectum quod non potest esse in Deo. Nullo igitur modo est ratio Vniuoca comunis ad Deum formaliter infinitum per se, & ad Creaturas per se formaliter finitas: Quidquid dicat Scotus precipuè in primo dist. 3. q. 1. ratione 2. Et quando Aristoteles excludit intelligentias intellexit Deum, qui aliquando nominatur Intelligentia. Sic quando dixit corruptibile, & incorruptibile differre

alia ratio.

alia ratio.

occurritur. Obiect.

ferre genere, intellexit de genere subalterno, non supremo, ideoque non differre prædicamento substantiæ.

6 Substantia diuiditur in corpoream, & in Incorpoream. Incorporea Spiritus, Cherubim, Seraphim. Corporea in viuens, & non viuens. Viuens in sensitiuum, & in insensetiuum. Insesitiuum, Planta hæc illa, herba, lattuca hæc illa. Sensitiuum, vt Animal Irrationale, & rationale, Rationale homo, Petrus. Irrationale Bellua Equus hic ille. Non uiuens, Elementum, Terra, Metallum, Ferrum, Lapis, Adamas, hic ille.

GENTILOQ. XV.

De Qualitate.

1 QValitas est illa, *secundũ quam res quales esse dicuntur*. Multæ sunt species qualitatis. Prima est Habitus: quæ est acquisita facilitas ad operandum difficile mobilis à subiecto. Diuiditur in speculatiuum, & practicum; Speculatiuus in Intellectum, sapientiam, & scientiam: Intellectus, & sapientia, hæc illa; Scientia vero in Physicam,

quid qualitas quotuplex.

1. Habitus speculatiui qui

Practici qui ·sicam, Methaphysicam, & Mathematicam, hæc in Arithmeticam, Astrologiam, Geometriam, Astronomiam &c. Practicus in bonũ, & malum; bonus in prudentiam, Iustitiam, temperantiam, fortitudinem. Prudentia in Politicam, Economicam, Monasticam. Iustitia in Commutatiuam, & distributiuam. Temperantia in sobrietatem, continentiam, & Castitatem. Fortitudo, in strenuitatem, patientiam, perseuerantiam. Malus bono oppositus.

2. Dispositio. 2 Secunda *Dispositio*; quæ est facilitas ad operandum, sed facilè mobilis à subiecto cum non sit tam radicata. Inest in labore transeunte, fregiditate, ægritudine &c. 3. naturalis potẽtia. Tertia est naturalis potentia, quæ est qualitas producta ab ipsa natura, in subiecto facilitans ad agendum. Alia est incorporea, alia Corporea Incorporea qua & qua corporea. Incorporea Intellectus, voluntas, Memoria; Corporea in Insensitiuam, & sensitiuam. Insensitiua, soliditas in marmore; mobilitas Argenti, incorruptibilitas Cœli, grauitas in lapide addescensum. Sensitiua in seusus externos, & internos. Externi, vt visus, Auditus, gustus odoratus, & Tactus. Interni, sensus communis, Phantasia, memoria sensitiua. 4. Impotentia. Quarta huic opposita est impotentia, quæ subdiuiditur in

in Corpoream, & in Incorpoream. Corporea, vt imbecillitas sensuum, & infirmitas. Incorporea vt hebetudo ingenij, incostantia debilitas mentis, & sic hec impotentia naturalis potest dici qua vel difficulter quis agit vt durities in memoria ad ediscendum, vel quà quis suscipit facile quod sibi contrarium est, vt est mollities in Cæra. Probabile est istas qualitates non distingui realiter inter se quia vna eademque qualitas magis intensa, & remissa in subiecto diuersificat membra.

3 Quinta est passio, quæ est qualitas ad breue tempus, adeoque facile mobilis vt est pallor ex metu, rubedo ex verecundia luteus color ex iracundia. Sexta est passibilis qualitas, quæ mouet Sensum vt tangibile, calor, frigus. Vt odor liliorum rosarum. Vt sapor dulcedo in lacte, amaritudo &c. Vt sonus acutus, leuis grauis. Vt color albus, niger medius.

5. Passio. *6. Passibilis qualitas.*

4 Septima est forma, & nihil aliud est quam terminatio, quà vnaqueque res finitur; sed est intrinseca. Ottaua est figura quà pariter terminatur, & finitur res artificialis vt figura statuæ &c. Aliquando tamen figura, & forma confunduntur.

7. forma, seu figura.

5 Tres sunt proprietates qualitatis-

Proprie tates Quali- tatis. tis. Prima est habere contrarium propriè dictum, quod reperitur certe in primis qualitatibus, quæ sunt caliditas, frigiditas humiditas, & siccitas, nam secundæ qualitates dicuntur potius ex contrarijs, quam habere contrarium. Secunda proprietas est suscipere magis, & minus, idest plures, & pauciores gradus in eadem parte subiecti. Tertia est, per quam reliqua dicuntur similia, & dissimilia.

1. *2.* *3.*

CENTILOQ. XVI.

De Quantitate.

Quantitas quæ. 1 QVantitas est Accidens *quod habet partes extra partes*; constituitur per impenetrabilitatem naturaliter loquendo, cum per miraculum possit tolli impenetratio, nõ vero impenetrabilitas vt alibi. Diuiditur in continuam, & discretam. *Conti- nua.* Continua est cuius partes terminantur termino comuni, ita linea, superfficies, corpus. *Discre- ta.* Discreta, cuius partes non sunt simul, vt numeri. Diuiditur etiam in permanentẽ, & successiuam. *Perma- nens.* Permanens, cuius partes simul existunt vnitæ vt est quantitas ligni palmaris, vel numeri

meri denarij. Successiua vero, cuius partes non coexistũt simul, sed vna alteri succedit vt quantitas diei, quę componitur ex duodecim horis vna post aliam successiue. Potest etiam diuidi in quantitate per se, & in quãtitate per aliud, seu per accidens. Per se, quando non habet quantitatem aliunde, vt est quantitas ligni palmaris V. G. Per accidens vero, seu per aliud, quando aliquod habet quantitatem aliunde, & dicitur quanta per quantitatem quam no habet per se, sic oratio dicitur longa, vel breuis ratione tẽporis.

Successiua.

Per se.

Per aliud.

CENTILOQ. XVII.

De Relatione.

1. AD aliud seu relatio, *cuius hoc ipsum esse est ad aliud*, idest habitudo, seu ordo ad aliud; ex triplici fundamento potest oriri; Aliquæ enim relationes fundantur in vnitate, & numero, quando scilicet participant vnam aliam rationẽ & conueniunt in vno, sic sunt similia, Æqualia &c. Quod si ab vnitate recedunt per excessum, vel per defectum ab alio, vt duplum dimidij duplum per Aristotelem dicun-

Relatio quid.

fundantur in Vnitate, &c.

Numero. cuntur fundari in numero, sic sunt Inæqualia, Dissimilia &c.

2 Aliquæ in actione, & passione, vel abstrahendo ab actione actuali, vt Calefactibile, & Calefactiuum, vel includendo actionem actualem vt Calefaciens, & Calefactum, & huc reducuntur seruitus, & Dominatio, Paternitas, & Filiatio, & huc spectant etiam relationes secundum priuationem, potentiæ, vt impossibile, inuisibile &c. *In Actione, & Passione.*

3 Aliquæ tandem fundantur in mensura, quando alterum vt mensura, alterum vt mensuratum ita scientia, quia sumit ab obiecto specificationem, ita potentia respectu obiecti vt visio respectu visibilis, & creatio respectu creatoris: istæ tamen non sunt mutuæ, cum Intellectus habeat fundamentum concipiendi in vna parte aliquid, & non in altera, nam potest esse obiectum visibile, idest quod potest uideri quin videatur non vero potest esse visio, quin sit obiectum visibile. Ita Arist. 5. Methaphysices Tex. 20. *In mensura.*

4 Hic potest oriri diuisio relationis, in prædicamentalem, & trascendentalem; Trascendentalis, quando concipitur in vno termino aliquod quod non concipitur in altero sicuti dixi de uisu, & de obiecto uisibili. Prædicamentalis vero quando *Trascendentalis.* *Prædicamentis.*

do

do vtrumque eodem modo requiritur vt diximus de paternitate, & filiatione. Diuiditur etiam in realem, & rationes. Realis quotiescumque per illam constituitur aliquod in esse reale, sic sunt relationes in Diuinis, ex quibus constituuntur personæ Diuinæ. Relationes rationis quotiescuumqne habetur comparatio quæ cum sit munus solius Intellectus constituit relationem rationis, quæ in Creatis solum datur, & non potest euinci quod vlla detur realis.

Realis tantum in Deo.

Rationis tantum in Creaturis.

5 Probatur nam Aristoteles 5. Physicorum c. 2. Tex. 10. ait simile dici nulla causa circa ipsum operante, sed omnis effectus realis dependet à causa reali, vt ex communi Phylosophorum consensu ergo cum non datur causa realis preter intellectum comparantem, non potest dici dari relationem realem in creaturis, sed tantum per Intellectum cum fundamento in re.

Ratio

6 Et licet dentur Relat. rationis increatis nō potest argui dari in illis Relationes reales, nisi tantum fundamentaliter quia sufficit, ut Intellectus habeat fundamẽtum fingendi & comparandi; imo retorqueo argumentum. Dantur per aduersarios relationes rationis, inter creatorem & Creaturam per creationem realem, ergo deberent dari relationes

Ob. sol.

Ratio. valida. Ob.

reales cum detur per ipsos formale constitutiuum relationis realis, sed per ipsos non datur relatio realis, ergo neque debet dari relatio realis inter Patrem, & Filium in Creaturis, licet detur generatio realis. Datur in Diuinis, quia in Patre datur Paternitas, in filio datur filiatio in Spiritu Sancto Spiratio passiua, per quas relationes, cum Tres persona Diuinæ constituantur, sunt reales: sed ex hoc non potest argui, quod detur in Creaturis, non enim quidquid est in Deo, est etiam in Creaturis, nam in Deo datur præscientia, omnipotentia &c. quæ non dantur in Creaturis; In Deo est de essentia, in creatis est accedens: in Diuinis constituit personas; in Creatis nihil.

Ob: 7 Dices absque Intellectus cogitante datur similitudo, quæ V, G. intercedit inter duos parietes albos, & datur æqualitas, quæ reperitur inter duo ligna palmaria, sed æqualitas, & similitudo sunt relationes reales absque intellectu cogitante.
Solut: Resp. negando maiorem loquendo formaliter, nam datur solum realiter fundamẽtaliter similitudo æqualitas &c. & Ratio est quia sensus nihil aliud percipit, nisi quod tale obiectum afficiat, vel eodem modo, vel diuerso modo potentiam, ac afficit.

ficit

ficit aliud obiectum, & sic intellectus habet fundamentum comparandi vnum cum alio, & cum comparatio fit solum munus intellectus, & ista requiratur vltra duos terminos, & rationem fundandi prò constitutione relationis euidēter habetur, nō posse dari nisi per intellectū, & quod ab Aduersarijs dicitur relatio formalis realis, est solum ratio fundandi, nam albedo in vno pariete, & albedo in altero pariete, non est similitudo, sed ratio fundandi similitudinem, quæ habetur per comparationem ergo per Intellectū, à quo solum habetur comparatio, sic de æqualitate, & de alijs similibus, quæ per se sunt absoluta entia, & sic non habent relationem quam solum habent quando conferuntur ad inuicem, & comparantur, & sic solum per Intellectum, per quem fit comparatio. *Ratio ex Requisitis.*

8 Sic licet absque intellectu cogitante vnus proueniat ab alio, adeoque dicatur verus filius alterius, sicuti Christus filius Mariæ Virginis, ideo est, quia est factus & natus ex illa adeoque fundamentaliter habet relationem, & non relationem realem formalem, per quā non constituitur filius. Sed solum per esse natum, & factum. Vnde ait Apostolus de Christo factus ex *Obi.* *Solut.*

muliere, factus sub lege, & hæc est ratio fundandi relationem, & non ipsamet relatio, nam relatio aduenit etiam per aduersarios posito termino qui habetur per natum, & factum in casu nostro, & cum intellectus videat vnum esse natum, & factum ex alio, ideoque esse filium, potest comparare illa inter se, & facere inter ipsos relationes. Sic.

Obiect. 9 Non valet dicere dependere realiter a Deo est habere relationem dependentiæ ad Deum, sed creaturæ realiter dependẽt à Deo ergo habent relationem dependẽtiæ realem ad Deum. ¡Non valet inquam

Resp. hoc quia dependentia realis à Deo, non est relatio realis sed est ratio realis fundandi relationem rationis, idest posito quod Intellectus cognoscat creatorem, & creaturam, & dependentiam, per actionem creatiuam, & conseruatiuam à Deo, habet totum id quod requiritur ad relationem rationis. Ad relationem enim etiam per Aduersarios tria requiruntur. fundamentum, vt est V. G. Pater respectu filij, creator respectu creaturæ. vnus paries albus respectu alterius &c. Terminus vt filius respectu Patris, creatura respectu creatoris, scibile respectu scientiæ &c. Et etiam ratio fundandi, vt est nasci respectu filij, creari re-

respectu creatoris; albedo respectu albi, talis quantitas respectu æqualium &c. ergo positis, his omnibus accedente comparatione intellectus habetur relatio; ergo non ratio fundandi relationem, vt est albedo in pariete, dependentia in creatura &c. erit Relatio realis formaliter, sed tantum fundamentaliter, idest quantum præbet intellectui fundamentũ comparandi inter se extrema.

CENTILOQ. XVIII.

De Actione, & Passione.

1 SImul ponuntur ista duo, Actio scilicet, & Passio, quia idem prò vt est in Agente dicitur Actio, prò vt est in patiente dicitur Passio. ab Aristotele dicitur, quod *Actio sit actus in hoc, pro vt ab hoc*. Passio vero *sit actus ab hoc prò vt in hoc*, vt alibi melius, & prò nunc sufficit dicere, quod actio sit id secundum quod Agens dicitur agere, adeoque est productio alicuius rei, vt productio caloris est actio ignis Passio vero potest dici id, per quod aliquid dicitur pati, & est receptio alicuius rei: vt dum lignum V. G. recepit calorem, illa receptio dicitur passio. *Actio quid* *Passio quid*

Actio

Duplex

2 Actio prò vt agit, & passio prò vt recipitur duplex esse potest alia incorporea, alia Corporea. Incorporea, vt Intellectio, recordatio, volitio. Intellectio, prima Apprehensio, Iuditium, Discursus; Recordatio, memoratiua, Rememoratiua, Volitio, Amor, Desiderium, Odium, fuga.

Incorporea.

3 Corporea; alia est insensitiua, alia sensitiua. Insensitiua, vt generatio, augumentatio, alteratio, motus localis. Sensitiua, vt visio, auditio, olfactio, gustatio, tactus, imaginatio. Et quamuis Actio, & Passio sit eadem entitas realis formaliter solum diuersa (sicuti se habet via, quæ in quantum respicit cacumen Montis dicitur accliuis in quantum vero respicit radicem montis dicitur decliuis, tamen possunt constituere diuersa prædicamenta: vt superius dictum est.

Corporea.



CEN-

CENTILOQ. XIX.

De Vbi, & reliquis Prædicamentis.

1 VBi cum ſit Concretũ ſignificat *eſſe in loco*, Si vero ſumatur abſtractiuè eſt ipſe locus, qui dupliciter poteſt conſiderari, vel intrinſecus, vel extrinſecus, locus, ſeu vbi intrinſecum, eſt *ipſummet determinatiuum rei locatæ eſſendi in tali loco*; quid quid ſit, an tale determinatiuum ſit diſtinctum vel indiſtinctum à re locata, & loco, vt alibi. Vbi ſeu locus extrinſecus eſt *ſuperficies corporis continentis immobilis*. *Vbi quid* *Vbi intrinſecum.* *Vbi extrinſecum.*

2 Duplici modo poteſt eſſe res locata in loco, vel Definitiue, vel circumſcriptiue. Definitiuè, quando eſt totum in toto, & totum in qualibet parte, ita eſt anima rationalis in corpore. Chriſtus in venerabili Sacramento Euchariſtiæ, & Angelus in Sphæra ſuæ actiuitatis. Circumſcriptiue, quando totum toti loco, & ſingulæ partes reſpondent ſingulis partibus loci, ſic meum Corpus reſpectu Ambientis. *Definitiue.* *circumſcriptiue.*

Respe-ctiue. 3 Vbi diuiditur pluribus modis secundum variam acceptionem respectiuorum, nam potest dici sursum esse ille, qui est in terra respectu Inferi, potest dici deorsum respectu Cœli, sic potest dici esse à dextris, esse à sinistris, esse in foro, esse in Gimnasio &c.

quid, & quotu-plex si-tus. 4 Quia id, quod est in loco, debet habere aliquem situm, quæ *est dispositio partium inter se in ordine ad locum*, ideo debemus diuidere Situm. Alius enim dicitur statio; alius cubatio alius genuflexio, status Præliantis, status rectus, status inflexus &c.

Quando differt à tempore 5 Sic quod est in loco, est etiam in tempore naturaliter loquendo, quod exprimitur per *Quando, quod significat rem esse in tempore* ideoque differt *quando à tempore*, quia *tempus* est aliquod omnino extra rem; *Quando* vero est modus in ipsa re, quò fit rem esse in tempore. Diuiditur quando sicuti tempus in Præteritum, Præsens, & Futurum.

Habitus 6 Habitus, siue habere est adiacentia, quæ consurgit ex eo quod vnum Corpus circumponatur alteri, sicuti est esse vestitum, esse armatum, esse annullatum &c.

CEN-

CENTILOQ. XX.

De Post Prædicamentis.

1 PRò complemento explicationis præcipuorum Terminorum. In post Prædicamentis agitur ab Aristotele de Oppositis, de Prius, de Simul, de Motu, de Habere. Opposita alia dicuntur relatiua, quæ alterius esse dicuntur, Pater Filius &c: alia Contraria, quæ cum sint sub eodem genere, ab eodem tamen subiecto se mutuo expellunt, de quibus aliqua habent medium, nam si paries V. G. non est albus, neque est necesse vt sit Niger, sed potest esse Crocei Coloris: aliqua tamen non habent medium, vt sanitas, & egritudo in Animali: alia dicuntur, Priuatiua, quæ sunt quorum vnum significat priuationem alterius in eodem subiecto apto nato, vt visus, & cæcitas respectu oculi; itaque duo requiruntur, vt aliquod sit priuatiuum, Primum vt subiectum sit aptum, Secundum vt sit aptum habere formam eo tempore, sic in lapide non potest dici esse priuationem visus, cum non sit aptus. Et in hac acceptione

Opposita Relatiua.

Contraria.

Priuatiua.

ptione Priuationis non est semper verum quod à priuatione ad habitum non detur regressus, nam à Tenebris, quæ sunt priuatio lucis, est regressus ad habitum, idest ad formam nempe lucem; à somno ad Vigiliam, à morte Vespium, & pulicum est regressus ad vitam. Alia tandem dicuntur opposita contradictoria quæ sunt quorum vnum est negatio alterius circa idem subiectum si sint in aliquo certo genere, vt viuens non viuens. Si vero sint vniuersalissima contradictoria tunc vnum simpliciter est negatio alterius, vt ens non ens.

Contradictoria

2 Priora *esse quæcunque contingant sine alijs esse, ista vero sine illis minime* 7. Meth. c. 11. Prius quinque modis dicitur. Primo Tempore vt natura dicitur prior cæteris. Secundo à subsistendi consequentia quando non valet ab vno ad aliud V.G. Animal est prius homine; quia non valet, est Animal, ergo est homo. Terzo Ordine vt litteræ sunt priores Syllabis. Quarto Nobilitate sic aurum, dicitur prius Argento, sed certe improprie, vt notat hic Aristoteles. 5. Natura quando aliquod est determinatiuum alterius ad esse, sic sol dicitur prior respectu Diei, guia sol tunc virtute propria

Prius Temp.
A subsistendi Conseq.
Ordine
Nobilitate.
Natura

pria Diem ad esse: quod vero determinat Virtute aliena erit conditio Prior effectu.

3 Simul tripliciter dicitur. Primo tempore, vt sol, & lux. Secundo Natura, vt relationes Paternitas Filiatio. Tertio ex eo quod immediate diuidant aliquod genus sic volatile, terrestre, aquatile cum diuidant Animal dicuntur simul. *Simul*

4 Motus in genere est acquisitio, vel deperditio alicuius rei. Si sit acquisitio substantiæ dicitur generatio, si eius deperditio dicitur Corruptio. Si acquisitio quantitatis dicitur augumentatio, si eiusdem deperditio dicitur diminutio, acquisitio vero, & deperditio loci dicitur motus localis. *Motus quot modis.*

5 Habere sex modis dicitur. Primo habere qualitatem vt calorem. Secundo quantitatem, vt trinam dimentionem. Tertio Vestimentum, vt pallium: Quarto habere partes, vt habere manus, caput &c. Quinto per modum continentis, vt Dolium dum habet Vinum. Sexto per modum possessionis, vt habere Agrum, Librum, &c. *Habere sex modis.*

CEN-

CENTILOQ. XXI.

De Definitione. Vbi de modis eam inuenierdi, & De Primo Cognito.

1 HAbita cognitione terminorum vsque modo expositorum, debemus agere de Definitione, quæ pertinet etiam ad primam operationem. Definitio itaque est *Oratio quod quid est explicans*, idest *Oratio explicans distincte essentiam alicuius*. Dicitur *Oratio* nam est complexio, seu aggregatum plurium terminornm. Adduntur cæteræ particulæ, cum non omnis Oratio sit definitio, sed solum illa, quæ explicat essentiam, & naturã rei. Hinc fit Definitionem non posse constare vno verbo; cum vnus Terminus licet possit plura complecti, tamen non potest plura distinguere.

Def. quid.

2 Diuiditur Definitio in definitionem rei, & in definitionem nominis. Nominis est interprætatio ipsius nominis, vt cum dicitur habere magnum animum, est explicatio termini *Magnanimus*; Definitio rei

Def. nominis

rei est explicatio essentiæ quæ significatur per nomen V. G. *Animal rationale* est explicatio illius esse quam significat hæc vox *homo*. Definitio rei subdiuiditur in essentialem, causalem, & Descriptiuam. Essentialis est, quæ explicat naturã assignaudo partes essentiales, seu methaphysicas, vt sunt Genus, & Differentia, & dicitur Methaphysica, seu Physicas, vt sunt materia, & forma, & dicitur Physica: Causalis est illa, quæ explicat naturam rei assignando causas, vel omnes, vel aliquas. Causæ enim quatuor, materialis, formalis, efficiens, finalis. Materialis est illa, ex qua aliquid fit: formalis est illa, per quam aliquid fit tale; Efficiens est illa, à quà fit: Finalis est illa propter quam fit; vt si dicas homo est compositum constans ex corpore, & anima creatum à Deo ad Beatitudinem æternam, erit definitio per omnes causas, quæ est optima. Descriptio est explicatio rei afferendo accidentia vel proprietates, vt cum dicitur homo est Animal bipes implume.

Rei

Essentialis.

Causalis.

Causa quæ, & quotaplex.

Descriptio quæ

3 Regulæ bonę Definitionis sunt tres. Prima vt sit clarior definito, quia aliter, non explicaret ipsum Definitum, & sic, qui in definitione ponunt terminos æquiuocos, parum notos, Methaphoricos, & e-

Regula 1.

tiani identicos, vt definiendo hominem dicat *homo est Animal quod est homo* maxime errat. Secunda est quod debet conuerti cum suo definito, ita vt nõ debeat nec magis, nec minus late patere, sic omnes Definitiones, quæ alijs rebus conueniunt à Definito reprobantur. Tertia est, quod non debet esse diminuta, nec continere aliquid superflui, sed ita rem explicet vt nihil deficiat, & nihil excedat, Sic errant, qui definiunt per genus remotum, & per Differentiam vltimam, & per additionem alicuius superflui.

Definitionem Inuestigare Diuisione.

4 Duobus modis potest inuestigari cuiuscunque rei Definitio, per diuisionem scilicet, & per collectionem. Per diuisionem sic inuestigatur definitio hominis V. G. Vidimus primo sine dubio hominem non inhærere alteri subiecto sed perseipsum subsistere, Subsistere est esse substantiæ. Accipiamus ergo primo loco Genus supremum substantiæ, quod omnes plane substantiæ species complectitur dicamusque primo homo est substantia; deinde quia substantiarum quædam sunt corporis expertes, vt Intelligentiæ quædam Corporeæ, inter quas, cum sit homo possumus dicere hominem esse substantiam corpoream, sed quia substantiæ Corporeæ

treæ aliæ viuunt, aliæ non; & cum homo viuat; addamus viuentem. Viuentium aliquæ non sentiunt, vt plantæ, & herbæ; aliquæ sentiunt, vt homo ideo addamus sentientem. Eorum demum, quæ sentiunt alia intelligunt, & ratiocinantur, alia non, & scimus hominem intelligere, & ratiocinari; vt experientia docet, ergo addimus rationalem atque ideo dicam hominem esse substantiam, Corpoream, Viuentem sensitiuam, rationalem. Vt autem tota hæc oratio breuiter fiat, concludi poterit duobus tantum terminis dicendo homo est animal rationale, nam in animali comprehenduntr omnia alia genera superiora, cui si addamus differentiam propriam hominis idest constitutiuum speciei humanæ, quæ est Differentia generis Animalis, quæ differentia erit rationalitas, habebis integram, & perfectam hominis Definitionem.

5 Per collectionem vero opposito modo procedendum est, nam ab infimis facilius progredimur ad superiora, seu à minus vniuersalibus ad vniuersaliora hoc modo. Si velis scire definitionem hominis, videndum est, in quo omnes homines conueniunt inter se, in quantum homines, quod sine dubio erit proprium hominis, si sit quid accidentale; vel Per collectionē

differentia constitutiua hominis si quid essentiale sit. Postea videndum in quo cum alijs Animalibus conueniant, secundum quod tam homo, quam Animalia dicũtur Animalia; quod si sit quid essentiale sine dubio erit Genus, cum conueniat pluribus speciebus; & ita habebimus definitionem hominis. Item si velim Definitionem Animalis videndum, in quo conueniunt inter se omnia Animalia, vt talia sunt: Deinde quid commune proximum habeat cum alijs rebus, quæ non sunt Animalia, & sic habebimus Genus proximum, & Differentiam propriam, adeoque definitionem perfectam. Ex his duobus modis inuestigandi definitionem. Secundus est acutior, & aptior ad inuestigandum Genus. Primus autem est aptior ad exactam Definitionem, & accommodatior ad ordinem Disciplinarum, adeoque magis scientifica definitio.

Definitum. 6. Definitum quod explicatur per Definitionem, est prima operatio confusa, quia non distinguit partes; sed Definitio est prima operatio Intellectus distinta, & clara Definiti. Cum non quodcunque possit vera, & rigorosa definitione definiri, ideo definitum rigorose definiendum. Primo debet esse vnum simpli-

pliciter, adeoque Analoga, & æquiuoca, non possunt definiri secundum essentiã, sed solum secundum nomen. Secundo debet esse Vniuersale quia explicat essentiam, singularia continent essentiam, & non sunt essentia. Tertio vt habeant rationem speciei infimæ, vel subalternæ, ideoque genus supremum non potest definiri, quia non habet aliud genus supra se, & quando definitur, definitur secundo intentionaliter non primo intentionaliter. Quarto vt sit ens reale, quia solum ens reale proprie habet essentiam, adeoque definitionem. *Requisita.*

7 Inter Definitum, & Definitionem est tanta connexio, vt de quocumque affirmatur vel negetur Definitio affirmatur, vel negatur etiam Definitum, & è contra, & quidquid affirmatur, vel negatur de Definito affirmatur, vel negatur etiam de ipsa definitione, & hoc prouenit ex regula suprapoſita; videst quod debeat conuerti Definitio cum suo Definito, quod aliter non potest contingere, cum sit idem realiter, Definitio, & Definitum, scilicet Definitio sit cognitio distincta, & clara rei, Definitum vero cognoscatur confusè. Quinimmo eadem cognitione, qua cognoscitur distinctè Definitio hominis V. G. sci- *Regula.* *Idem definitio, & Definitum.* *Per eandem cognitionẽ cognoscũtur*

scilicet Genus quod est Animal, & differentia, quę est rationalitas, cognoscitur confuse Definitum, scilicet homo; nam Species continetur sub Genere, & Genus quod est totum continet definitum vt pars, sed non potest cognosci totum quin cognoscantur per eandem cognitionem saltem confuse partes, & inferiora. Totum enim non est sine partibus imo nihil aliud est quam partes vnitæ vt infra videbimus ergo per eandem cognitionem, per quam cognoscitur distincte totũ, cognoscuntur saltem confuse partes. Eadem enim cognitio quæ cognoscit animal quod est totum, eadem terminatur etiam in rationale, & irrationale, nam ista sunt membra diuidentia gradum Animalis.

Primo Cognitũ

8. Hinc habetur solutio celeberrimæ quæstionis de primo cognito, quid, scilicet prius cognoscatur, gradus magis Vniuersalis, vel minus Vniuersalis intelligendo hic nomine Vniuersalis, non Vniuersale formaliter, sed fundamentaliter scilicet gradus illos acceptos realiter, qui cum concipi possint vt comunes pluribus, licet sint à parte rei in aliquo singulari dicuntur Vniuersales fundamentaliter adeoque realiter singulares; singulare enim est id quod cognoscitur, quoniam Intellectus sequi-

Quomodo intelligatur Vniuersale.

sequitur in sua prima cognitione, cognitionem originariam sensuum, qui solum singulare percipiunt, & licet Pueri videantur non cognoscere singulare, cum appellent omnes homines Patres, attamen cognoscunt singularizzatum, sed non distinguunt proprium Patrem, sicut agnus recens natus sequitur quamlibet ouem, vt Matrem, & tamen in agno cum non detur Intellectus, neque datur Vniuersale, ideoque prima cognitio etiam Intellectus dependenter à sensibus est circa singulare, & quando Aristoteles dicit 5. Meth. c. 11. secundum rationem, Vniuersalia, esse cognita priora. secundum vero sensum singularia, intelligitur de cognitione scientifica, quæ circa vniuersale versatur, non de cognitione confusa, & originaria sensuum, quæ singulare pertingit; Quamuis, ex gradibus (qui realiter singulares, & à parte rei sunt) ille, qui pluribus comunis concipi potest, distinctius cognoscatur per eandem cognitionem, per quam confusius, cognoscitur ille qui non ita comunis; Et ratio est; quia quando cognoscitur aliquod à longe moueri V. G. certè per cognitionē distinctam cognoscitur vt Animal, & per eandem cognitionem cum nesciat distinguere quod

Singulare primo cognoscitur.

Occuritur.

Obiectę

Cognoscitur per eandem cognitionē gradus magis, & minus Vniuersalis.

Ratio.

nam Animal sit rationale nè, vel hinnibile cognoscit per eandem cognitionē confuse inferiora idest gradus minus Vniuersales; ergo per eandem cognitionem cognoscitur vterque gradus, sed magis Vniuersalis distinctè, minus vniuersalis magis confuse vt patet. Mihi igitur videtur frustatoria illa quæstio, in qua quæritur quid prius cognoscatur gradus ne magis vniuersalis, vel minus vniuersalis, cum per eandem cognitionem vt dixi, cognoscatur vterque, sed non ita clare: & quod cognoscatur vterque gradus per eādem cognitionem licet non eadem claritate, videtur manifestum non solum ex supradictis, verum etiam, quia gradus magis vniuersalis est totum, & minus vniuersalis est, pars, sed per eandem cognitionem, per quam cognoscitur totum, cognoscuntur aliquo modo partes, ergo frustra dicitur quid prius, & posterius cognoscatur, sed non frustra quid clarius, & confusius, nam licet sit confusio respectu rationis expressæ Animalis, ideoque ad clariorem cognitionem sit necessaria cognitio superioris, per quod definiatur adhuc tamen est clarior respectu inferiorum in quantm illa certè confundit; nam Animal quod cognoscitur per sensibilitatem, &

Alia ratio.

mo-

motum, confundit, rationalia, & irrationalia, quæ sunt partes, & membra diuidentia animalis.

9 Hæc dicta sunt de primo cognito ratione potentiæ cognoscitiuæ versantis prius circa singulare, & circa gradus modo supra explicato. Ratione vero obiecti in se aliud est notius nobis, aliud notius natura. Notius nobis est, quod magis est sensibile: Notius natura dicitur quod est prius altero, causa, vel alio modo: attamen idem realiter potest esse notius nobis, & natura sua notius, nam Cœlum V. G. huiusmodi est respectu influxus, quoniam est magis sensibile Cœlum, quam influxus, & tamen Cœlum causat influxus. *Notius nobis. Natura notius.*

10 Insuper ad quamcumque cognitionem habēdam requiritur præsentia obiectiua ipsius obiecti respectu potentiæ cognoscitiuæ, & non sufficit quod obiectum sit præsens præsentia essentiali, nam Deus habet præsentialitatem Essentialem in nostro Intellectu, sed quia non habet præsentialitatem obiectiuam, ideo nō cognoscitur intuitiue ab Intellectu; Ita etiam quia anima est magis præsens sibi ipsi præsentialitate essentiali, non obiectiua quam habent eius passiones, ideo passiones prius cognoscuntur quam ipsa ani- *Requisitum ad cognitionem.*

nam Animal sit rationale nè, vel hinnibile cognoscit per eandem cognitionē confuse inferiora idest gradus minus Vniuersales; ergo per eandem cognitionem cognoscitur vterque gradus, sed magis Vniuersalis distincte, minus vniuersalis magis confuse vt patet. Mihi igitur videtur frustatoria illa quæstio, in qua quæritur quid prius cognoscatur gradus ne magis vniuersalis, vel minus vniuersalis, cum per eandem cognitionem vt dixi, cognoscatur vterque, sed non ita clare: & quod cognoscatur vterque gradus per eandem cognitionem licet non eadem claritate, videtur manifestum non solum ex supradictis, verum etiam, quia gradus magis vniuersalis est totum, & minus vniuersalis est, pars, sed per eandem cognitionem, per quam cognoscitur totum, cognoscuntur aliquo modo partes, ergo frustra dicitur quid prius, & posterius cognoscatur, sed non frustra quid clarius, & confusius, nam licet sit confusio respectu rationis expressæ Animalis, ideoque ad clariorem cognitionem sit necessaria cognitio superioris, per quod definiatur adhuc tamen est clarior respectu inferiorum in quantum illa certè confundit; nam Animal quod cognoscitur per sensibilitatem, & mo-

Alia ratio.

motum, confundit, rationalia, & irrationalia, quæ sunt partes, & membra diuidentia animalis.

9 Hæc dicta sunt de primo cognito ratione potentiæ cognoscitiuæ versantis prius circa singulare, & circa gradus modo supra explicato. Ratione vero obiecti in se aliud est notius nobis, aliud notius natura. Notius nobis est, quod magis est sensibile: Notius natura dicitur quod est prius altero, causa, vel alio modo: attamen idem realiter potest esse notius nobis, & natura sua notius, nam Cœlum V. G. huiusmodi est respectu influxus, quoniam est magis sensibile Cœlum, quam influxus, & tamen Cœlum causat influxus.

Notius nobis. Natura notius.

10 Insuper ad quamcumque cognitionem habẽdam requiritur præsentia obiectiua ipsius obiecti respectu potentiæ cognoscitiuæ, & non sufficit quod obiectum sit præsens præsentia essentiali, nam Deus habet præsentialitatem Essentialem in nostro Intellectu, sed quia non habet præsentialitatem obiectiuam, ideo nõ cognoscitur intuitiue ab Intellectu; Ita etiam quia anima est magis præsens sibi ipsi præsentialitate essentiali, non obiectiua quam habent eius passiones, ideo passiones prius cognoscuntur quam ipsa

Requisitum ad cognitionem.

 ani-

nam Animal sit rationale nè, vel hinnibile cognoscit per eandem cognitionē confuse inferiora idest gradus minus Vniuersales; ergo per eandem cognitionem cognoscitur vterque gradus, sed magis Vniuersalis distincte, minus vniuersalis magis confuse vt patet. Mihi igitur videtur frustatoria illa quæstio, in qua quæritur quid prius cognoscatur gradus ne magis vniuersalis, vel minus vniuersalis, cum per eandem cognitionem vt dixi, cognoscatur vterque, sed non ita clare: & quod cognoscatur vterque gradus per eandem cognitionem licet non eadem claritate, videtur manifestum non solum ex supradictis, verum etiam, quia gradus magis vniuersalis est totum, & minus vniuersalis est, pars, sed per eandem cognitionem, per quam cognoscitur totum, cognoscuntur aliquo modo partes, ergo frustra dicitur quid prius, & posterius cognoscatur, sed non frustra quid clarius, & confusius, nam licet sit confusio respectu rationis expressæ Animalis, ideoque ad clariorem cognitionem sit necessaria cognitio superioris, per quod definiatur adhuc tamen est clarior respectu inferiorum in quantum illa certè confundit; nam Animal quod cognoscitur per sensibilitatem, & mo-

Alia ratio.

motum, confundit, rationalia, & irrationalia, quæ sunt partes, & membra diuidentia animalis.

9 Hæc dicta sunt de primo cognito ratione potentiæ cognoscitiuæ versantis prius circa singulare, & circa gradus modo supra explicato. Ratione vero obiecti in se aliud est notius nobis, aliud notius natura. Notius nobis est, quod magis est sensibile: Notius natura dicitur quod est prius altero, causa, vel alio modo: attamen idem realiter potest esse notius nobis, & natura sua notius, nam Cœlum V. G. huiusmodi est respectu influxus, quoniam est magis sensibile Cœlum, quam influxus, & tamen Cœlum causat influxus.

Notius nobis. Natura notius.

10 Insuper ad quamcumque cognitionem habēdam requiritur præsentia obiectiua ipsius obiecti respectu potentiæ cognoscitiuæ, & non sufficit quod obiectum sit præsens præsentia essentiali, nam Deus habet præsentialitatem Essentialem in nostro Intellectu, sed quia non habet præsentialitatem obiectiuam, ideo nō cognoscitur intuitiue ab Intellectu; Ita etiam quia anima est magis præsens sibi ipsi præsentialitate essentiali, non obiectiua quam habent eius passiones, ideo passiones priùs cognoscuntur quam ipsa

Requisitum ad cognitionem.

nam Animal sit rationale nè, vel hinnibile cognoscit per eandem cognitionē confuse inferiora idest gradus minus Vniuersales; ergo per eandem cognitionem cognoscitur vterque gradus, sed magis Vniuersalis distinctè, minus vniuersalis magis confuse vt patet. Mihi igitur videtur frustatoria illa quæstio, in qua quæritur quid prius cognoscatur gradus ne magis vniuersalis, vel minus vniuersalis, cum per eandem cognitionem vt dixi, cognoscatur vterque, sed non ita clare: & quod cognoscatur vterque gradus per eandem cognitionem licet non eadem claritate, videtur manifestum non solum ex supradictis, verum etiam, quia gradus magis vniuersalis est totum, & minus vniuersalis est, pars, sed per eandem cognitionem, per quam cognoscitur totum, cognoscuntur aliquo modo partes, ergo frustra dicitur quid prius, & posterius cognoscatur, sed non frustra quid clarius, & confusius, nam licet sit confusio respectu rationis expressæ Animalis, ideoque ad clariorem cognitionem sit necessaria cognitio superioris, per quod definiatur adhuc tamen est clarior respectu inferiorum in quantum illa certè confundit; nam Animal quod cognoscitur per sensibilitatem, & mo-

Alia ratio.

motum, confundit, rationalia, & irrationalia, quæ sunt partes, & membra diuidentia animalis.

9 Hæc dicta sunt de primo cognito ratione potentiæ cognoscitiuæ versantis prius circa singulare, & circa gradus modo supra explicato. Ratione vero obiecti in se aliud est notius nobis, aliud notius natura. Notius nobis est, quod magis est sensibile: Notius natura dicitur quod est prius altero, causa, vel alio modo: attamen idem realiter potest esse notius nobis, & natura sua notius, nam Cœlum V. G. huiusmodi est respectu influxus, quoniam est magis sensibile Cœlum, quam influxus, & tamen Cœlum causat influxus.

Notius nobis. Natura notius.

10 Insuper ad quamcumque cognitionem habēdam requiritur præsentia obiectiua ipsius obiecti respectu potentiæ cognoscitiuæ, & non sufficit quod obiectum sit præsens præsentia essentiali, nam Deus habet præsentialitatem Essentialem in nostro Intellectu, sed quia non habet præsentialitatem obiectiuam, ideo nō cognoscitur intuitiue ab Intellectu; Ita etiam quia anima est magis præsens sibi ipsi præsentialitate essentiali, non obiectiua quam habent eius passiones, ideo passiones prius cognoscuntur quam ipsa

Requisitum ad cognitionem.

nam Animal sit rationale nè, vel hinnibile cognoscit per eandem cognitionẽ confuse inferiora idest gradus minus Vniuersales; ergo per eandem cognitionem cognoscitur vterque gradus, sed magis Vniuersalis distincte, minus vniuersalis magis confuse vt patet. Mihi igitur videtur frustatoria illa quæstio, in qua quæritur quid prius cognoscatur gradus ne magis vniuersalis, vel minus vniuersalis, cum per eandem cognitionem vt dixi, cognoscatur vterque, sed non ita clare: & quod cognoscatur vterque gradus per eandem cognitionem licet non eadem claritate, videtur manifestum non solum ex supradictis, verum etiam, quia gradus magis vniuersalis est totum, & minus vniuersalis est, pars, sed per eandem cognitionem, per quam cognoscitur totum, cognoscuntur aliquo modo partes, ergo frustra dicitur quid prius, & posterius cognoscatur, sed non frustra quid clarius, & confusius, nam licet sit confusio respectu rationis expressæ Animalis, ideoque ad clariorem cognitionem sit necessaria cognitio superioris, per quod definiatur adhuc tamen est clarior respectu inferiorum in quantum illa certè confundit; nam Animal quod cognoscitur per sensibilitatem, & mo-

Alia ratio.

motum, confundit, rationalia, & irrationalia, quæ sunt partes, & membra diuidentia animalis.

9 Hæc dicta sunt de primo cognito ratione potentiæ cognoscitiuæ versantis prius circa singulare, & circa gradus modo supra explicato. Ratione vero obiecti in se aliud est notius nobis, aliud notius natura. Notius nobis est, quod magis est sensibile: Notius natura dicitur quod est prius altero, causa, vel alio modo: attamen idem realiter potest esse notius nobis, & natura sua notius, nam Cœlum V. G. huiusmodi est respectu influxus, quoniam est magis sensibile Cœlum, quam influxus, & tamen Cœlum causat influxus.


Notius nobis. Natura notius.

10 Insuper ad quamcumque cognitionem habēdam requiritur præsentia obiectiua ipsius obiecti respectu potentiæ cognoscitiuæ, & non sufficit quod obiectum sit præsens præsentia essentiali, nam Deus habet præsentialitatem Essentialem in nostro Intellectu, sed quia non habet præsentialitatem obiectiuam, ideo nō cognoscitur intuitiue ab Intellectu; Ita etiam quia anima est magis præsens sibi ipsi præsentialitate essentiali, non obiectiua quam habent eius passiones, ideo passiones priùs cognoscuntur quam ipsa

Requisitum ad cognitionem.

Præsentialitas obiecti.

anima quæ non nisi actu reflexo cognoscitur. Itaque ad cognitionem requiritur præsentialitas obiectiua, seu ista præsentialitas habeatur immediata ab obiecto vt est in Deo, qui vt infinitus non requirit speciem ad sui repræsentationem, sed habetur eius cognitio intuitiua per suam præsentialitatem obiectiuam immediatam proportionato prius Intellectu per lumen gloriæ; siue ista presentialitas obiecti sit mediata, idest per species impressas obiectum repræsentantes. Hucusque pertinentia ad primam operationem Intellectus; nunc de secunda, & de illis quæ ad eam pertinent.



CEN-

CENTILOQ. XXII.

De secunda Operatione Intellectus: Vbi De Enuntiatione. De Veritate futuri contingentis, & Diuisione.

1 SEcunda Operatio Intellectus constituitur formaliter per Iudicium, quod potest esse verum, & falsum non solum veritate imaginis, sed veritate opposita falsicati, adeoque potest esse proprie etiam falsum vt dictum est supra. Cum Iudicium reperiatur in Propositione, seu enunciatione de ipsa, est sermo, & dicitur *Oratio qua verũ vel falsum significatur. Oratio vero dicitur Vox significatiua adplacitum, cuius partium aliqua significatiua est separata vt dictio, sed non vt affirmatio, & negatio.* *Propositio quid.* *Quid Oratio.*

2 Diuiditur ænunciatio in simplicem, & compositam; simplex est in quâ vnum affirmatur de vno scilicet quando propositio habet vnam significationem, vt dum dico homo, *simplex.*

mo est Animal rationale. Composita est, quæ constat pluribus enunciationibus simplicibus coniunctis, & Copulatis, vt dũ dicitur homo, est risibilis, & Equus hinnibilis. Ad simplicem reducitur propositio Cathegorica; quæ absolute aliquid enunciat, vt homo est Animal. Ad compositam reducitur hipotetica, quæ facta aliqua suppositione affirmat vel negat. vt V. G. si Sol est, Dies est. Enunciatio simplex; alia est de inesse, & est quà affirmatur, vel negatur absolute aliquid de alio vt V. G. Petrus est homo. Alia est modalis, quæ est quãdo adiuncto aliquo modo prædicatur aliquid de alio, vt V. G. homo est necessariò Animal.

Composita. *Cathegorica.* *Hipotetica.* *De Inesse.* *Modalis.*

3 Simplex Enunciatio, alia est de secundo adiacente; alia de tertio adiacente. Illa dicitur de tertio adiacente, in qua sunt tres termini; .f. subiectum, copula, & Prædicatũ, vt V. G. homo est risibilis de 2. vero adiacẽte, in qua actu sunt duo termini tantum, vt V. G. Petrus currit in qua enunciatione Verbum *currit* continet virtute prædicatum, ac si diceret *Petrus est currens*. Cum igitur omnis enunciatio sit Iudicium quo aliquod iudicamus inesse, vel non inesse subiecto Tria saltem implicite requiruntur. Primum est id, cui aliquid inest, vel non inest, & est subie-

De tertio adiacente. *De secundo.*

biectum . Secundum vero est illud quod inest vel non inest subiecto & est predicatum : Tertium est id, quo exprimitur iudicium, & hoc est verbum, per quod prædicatum affirmatur, vel negatur de subiecto. Alia dicitur finita, alia infinita propositio. Finita est quæ habet prædicatum, & subiectum finitum. Infinita est quæ habet prædicatum, vel subiectum Infinitum, vt V.G. *non lapis est homo*, & potest esse affirmatiua, vel negatiua : tunc est affirmatiua, quando affirmatur Copula, vt V. G homo est non Equus; negatiua vero quando negatur copula, vt V. G. non homo, non est lapis. Et adhoc vt sit infinita ex parte subiecti, negatio debet præponi subiecto immediate, & vt sit infinita ex parte prædicati debet præponi immediate ipsi prædicato. Dixi immediate, quia si propositio sit vel particularis, vel vniuersalis, negatio non debet præponi ipsi signo sed postponi signo, & anteponi subiecto, vt V. G. omnis non homo, est Irrationalis. Et quia in propositionibus Infinitis potest esse æquiuocatio; ideo habeatur prò regula certa quod à sensu negante ad infinitantem, non valet, vt V. G. Petrus non est iustus, non valet, ergo Petrus est non iustus.

finita *Infinita.* *Regula.*

Pro-

particularis. 4 Propositio simplex; alia potest esse particularis, quando est signum particulare, V. G. aliquis homo currit. Alia vniuersalis, quando adest signum vniuersale V. G. nullus homo volat. Alia potest esse indefinita, quando nullum adest signum V. G. Filij mei viuunt, etiam si vnus sit mortuus adhuc tamen est vera proposito, sed vt plurimum, hæc propositio indefinita æquiualet vniuersali, & pro vniuersali in materia necessaria habetur sed in rigore nõ est vniuersalis; & sic nõ peccat iurando, qui dicit per Deum recitaui horas, si aliquas vero recitauit, etiam si non omnes horas officij Diuini recitauerit.

Vniuersalis.

Indefinita.

Opposita secũdum Quantitatem. 5 Enunciationes possunt opponi inter se, vel secundum quantitatem, idest quod vna sit vniuersalis, alia particularis, vel secundum qualitatem, idest, quod vna sit affirmatiua, altera negatiua: vel per quantitatem, & qualitatem. Si propositiones opponuntur solum per qualitatem seruata quantitate vniuersali, dicuntur Contrariæ, vt V. G. omnis homo, est albus, nullus homo est albus; Si vero seruetur in vtraque quantitas particularis, variata qualitate erunt subcontrariæ, vt aliquis homo est albus, aliquis homo non est albus. Si vero opponuntur.

secundũ Qualitatem.

nuntur solum per quantitatem seruata qualitate, erunt subalternæ, vt V. G. aliquis homo est albus, omnis homo est albus. Si vero opponantur, & secundum qualitatem, & secundum quantitatem sunt propositiones contradictoriæ, vt V. G. Nullus homo est albus, aliquis homo est albus. Vnaquæque ex istis potest esse in materia necessaria, vel in materia contingenti; materia necessaria dicitur quando prædicatum necessario conuenit subiecto, vt in hac propositione homo est Animal rationale, illud necessario conuenit subiecto, quod, vel est essentiæ vel pars siue perfectibilis vt genus, siue perfectiua vt Differentia, vel de essentia, vt proprietas. Materia vero contingens quando prædicatum conuenit subiecto contingenter, ita vt possit ad esse, & abesse a subiecto, vt V. G. homo est albus. *materia necessaria qua.* *Contingens.*

6 Propositiones contrariæ nunquam possunt esse simul veræ, neque possunt esse simul falsæ in materia necessaria, sed in materia contingenti possunt esse ambæ falsæ, vt patet in istis propositionibus omnis homo est albus, nullus homo est albus, quæ sunt ambæ falsæ. Subcontrariæ in materia necessaria non possunt esse simul veræ, neque simul falsæ. In materia vero contingenti *Regula contrariarum.* *subcontrariarum.*

pos-

possunt esse ambæ veræ, vt V. G. quidam homo est albus quidam homo non est albus, sed non possunt esse simul falsæ. Subalternæ in materia necessaria potest esse vtraque aut vera, aut falsa, in materia contingenti potest esse vna vera altera falsa, nam si vniuersalis est vera particularis est vera; Si vniuersalis est falsa, particularis potest esse vera, vt patet in istis Nullus homo est albus quæ est falsa, aliquis homo non est albus, quæ est vera. Si propositio particularis est falsa, propositio vniuersalis est falsa. Si particularis est vera vt *V.* G. aliquis homo est albus vniuersalis potest esse falsa, vt V. G. omnis homo est albus.

subalternarũ

7 Propositiones tandem contradictoriæ, seu in materia necessaria, seu in materia contingenti, semper vna est vera altera falsa, & ex veritate vnius Infertur semper falsitas alterius, & è contra, & Ratio est quia idem non potest simul esse, & non esse. Ad hanc oppositionem contradictoriam reducuntur Enunciationes oppositæ de subiecto singulari, vt sunt Petrus est homo, Petrus non est homo. Iure igitur optimo Communiter asseritur; quod ex propositionibus singularibus contradictorijs futuris contingentibus altera

Contradictoriarum semper vna vera altera falsa

Etiã in materia de futuro contingenti.

tera est vera, altera falsa, cum non possint esse neque ambæ veræ, neque ambæ falsæ; per id enim per quod verificatur vna, altera falsificatur, nam non potest pro eodem tempore esse ambulatio Petri, & non esse ambulatio, cum nihil possit simul esse, & non esse. Neque officit libertati, nam verificatio se tenet ex parte consequenti, non vero antecedenti, quod læderet libertatem. Et reuelatio Christi Domini, quando dixit Petro *ter me negabis* licet fuerit in tempore antecedenti ad obiectum, idest ad negationem; tamen cum reuelatio pendeat ab obiecto illo, scilicet à negatione quam viderat, vt positam, ideo dicitur ex suppositione consequentis non antecedentis. Et quamuis esset paratus Petrus facere oppositum, ei reuelationi adhuc non faciet oppositum, cũ reuelatio pẽdeat, ex eo quod oppositũ videtur omnia enim sunt aperta, & præsentia Deo, saltem præsentialitate obiectiua ergo Petrus potens ponere, & non ponere, quod reuelatur, hæc indifferentia antecedens tollitur ex suppositione, & sic potest dici quod vna sit determinate vera, altera falsa, si per determinationem Intelligatur quatenus certe habet vna veritatem, altera falsitatem: non vero si per determinationẽ intel-

tel-

telligatur necessitas, vel in causa, vel in effectu antequam ponatur:

Diuisio qua. 8. Diuisio, quæ etiam pertinet ad secundam operationem, est Oratio *in qua totum diuiditur in suas partes.* *Quotuplex.* Totum quod Diuiditur appellatur diuisum; partes, in quas diuiditur, appellantur membra diuidētia. Alia est nominis. Alia rei: *Nominis* nominis est Oratio qua varie nomen distinguitur ideoque potius appellatur distinctio, nā minus proprie dicitur diuisio, cum potius sit enunciatio quædam significatorum, vt malum quod significat Pomum, & significat oppositum, bono. *Rei.* Diuisio rei est oratio qua totū reale in suas partes reales diuiditur. Et triplex est, cum triplex sit totum, quod potest diuidi. Scilicet essentiale, integrale, & vniuersale. *Essentialis.* Diuisio totius essentialis est oratio qua totum essentiale in suas partes essentiales diuiditur, vt homo diuiditur in materiam, & formam, & dicitur diuisio physica, cum totum, & partes sint physicæ, vel diuiditur in genus, & differentiam, quæ sunt partes essentiales methaphysicæ dicitur diuisio methaphysica *Integralis.* Diuisio totius integralis; quæ etiam partitio appellatur est quando diuiditur totum in suas partes integrantes, idest in partes constituentes quantitatem vt si dicas corporis hu-

humani alia pars eſt, Caput, alia manus &c. Diuiſio vniuerſalis ſeu diuiſio, poteſtatiui eſt quando totum vniuerſale diuiditur in partes ſubiectas, & multiplex eſt. Primo eſt diuiſio generis in ſuas ſpecies & ſpeciei in Indiuidua, vt V. G. quando diuiditur animal in rationale, & irrationale, & rationale in Petrum, & Paulum. Secunda eſt diuiſio ſubiecti in plura accidentia, cum per accidentia diſtinguatur vnum ſubiectum ab alio eiuſdem ſpeciei vt V. G. hominum, alius probus alius improbus. Tertia Diuiſio accidentis in ſubiecta, vt V. G. Beatorum alij homines alij Angeli. Quarta Diuiſio accidentis in accidentia, vt V.G. alba quædam ſunt ſolida, quædam liquida.

Vniuerſalis.

Sup. in Inferiora.

pluribus modis.

9 Præcepta bonæ diuiſionis. Primū vt Diuiſio fiat in membra immediata. Secundum, vt Diuiſum ſit magis latepatens quam vnum membrum diuidens. Tertium, vt diuidentia adæquent Diuiſum. Quarta vt vnum membrum non contineat aliud.

Regula.

10 Circa Diuiſionem duo ſunt argumentandi modi. Primus eſt de quò prædicatur diuiſum prædicatur aliquod ex membris diuidendibus disiunctiue, V.G. Petrus eſt Animal, ergo vel eſt rationalis, vel irrationalis,

argumētandi modi.

nalis,

nalis, & sic è contra de quò affirmatur vnum ex membris diuidentibus potest affirmari Diuisum, vt Vt G. Petrus est rationalis: ergo est Animal. Secundus modus est à negatione Diuisi ad negationem omnium partium diuidentium, & è contra; scilicet à negatione omnium partium diuidentium collectiue sumptarum, vt V.G. Planta non est Animal ergo nec rationalis nec irrationalis, sic è contra Planta non est rationalis, nec irrationalis, ergo non est Animal. Hæc quæ pertinent ad secundam operationem & si quod aliud remanet apud summulistas habetur.

CENTILOQ. XXIII.

De Tertia Operatione Intellectus. Vbi de syllogismo.

Tertia operatio quid.

1 TErtia operatio appellatur discucursus seu Illatio, quando nimirum ab vna vel duabus propositionibus deducitur aliqua alia, quæ sit magis ignota vel æque nota. Hinc fit quod neque in Deo, neque in

in Angelis sit tertia operatio, cum non deducat ignotam ex noto; Deo enim, cui omnia nuda, & aperta sunt, nihil est ignotum, adeoque neque erit in Deo secunda operatio. Angeli vero, qui æque per eandem speciem eodem modo duo cognoscunt, non dicuntur habere proprie Illationem, licet minus proprie videantur inferre, cum cognoscendo signa exteriora hominis veniant in cognitionem interni. De ueritate, & falsitate tertiæ Operationis non est ocium repetere, cum satis sint, quæ diximus supra.

An in in Deo.

An in Anoelis

2 Cum igitur tertia Operatio sit discursus ex noto ad ignotum, non est nisi Illatio; adeoque syllogismus qui est Oratio *in qua quibusdam positis aliud quid à positis, necesse est contingere eo quod hæc sint*. Itaque conclusio semper sequitur ad syllogismum, uel ut tertia operatio, cum communiter syllogismus accipiatur, ut costans tribus propositionibus sicut ex Definitione patet; uel importatur principalius Conclusio cōnotando tantum præmissas, cum sæpe Aristoteles, & præcipue primo Priorum c. 5. & 6. dicat positis ita, & ita præmissis non sequi syllogismum, idest conclusionem; Vel requiritur conclusio ut effectus præmissarum adeoque sit ipsum scire,

Syllogismus quid.

nam

nam conclusio positis præmissis est scire, quod prius nesciebatur. Cæterum non est syllogismus illatiuus, qui non sit etiam probatiuus per suprapositam definitionem, nam verus syllogismus habet veram Illationem probantem, quia, vel infert vel non: Si primum ergo probat: Si secundum, ergo non erit syllogismus de quo dicitur *necesse est contingere, eo quod hæc sint*, ergo si non probat, neque erit Illatiuus, Et licet exemplificauerit Aristoteles in litteris Alphabeti; fecit ad exemplũ & abstrahendo ab omni materia determinata. Dices sophisma, & reducens ad impossibile, & argumentum ad hominem non sunt vera, & non habent veram illationem, & tamẽ sunt probatiui, ergo possunt esse probatiui quin sint Illatiui. Respondeo quod syllogismi sophistici, & reducentes ad impossibile, & syllogismus ad hominem, licet non sint, veri & nõ habeant veram Illationem respectu conficientis, eam tamẽ habent respectu illius, contra quem argumentatur, si concedat.

Illatiuus est etiam probatiuus

Requiruntur præmissa.

3 Sunt etiam necessariæ præmissæ in syllogimo, vel ambæ explicitæ, vel vna explicita, altera implicita, vt cõstat in definitione ex particulis, quibusdam positis, & concessæ præmissæ non solum necessitant Intellectum

quò

quò ad specificationem, idest quod non possit elicere actum alterius speciei, sed etiam necessitant Intellectū ad assensū conclusionis quò ad exercitium, idest faciunt quod non sit liber ad non essentiendum; nam Intellectus est potentia necessaria, & positis requisitis ad operandum, & sublatis omnibus impedimentis non potest non agere, sed requisita adhoc vt Intellectus assentiatur conclusioni, est assensus premissarum, ergo &c. non ita se habet voluntas cum sit potentia libera, & Intellectus potentia necessaria, sicuti est oculus ad videndum ergo solum indirecte potest impediri à voluntate.

4 Assensus præmissarum virtualiter includitur in assensu conclusionis, nam in tantum assentitur conclusioni, in quantum habet veritatem, quæ habetur per ordinem ad præmissas, quæ est ratio quâ, & formalis, quæ simul cum ratione obiectiua vnico actu percipitur, sicut actus fidei, & res reuelata, & reuelatio attingitur. Neque per hoc sequitur, quod medius terminus sit in conclusione, & quod quando assentitur conclusioni, etiam præmissis assentiendum; nam non actualiter, sed virtualiter in conclusione & quod includuntur præmissæ, & quan-

quando assentitur conclusioni ex præmissis falsis dispositio terminorum in præmissis,& non falsitas præmissarum est ratio assensus conclusionis, & consequentiæ. Itaque præmissæ sunt vera causa conclusionis. Enumerando enim Aristoteles veras causas secundo Physicorum Text 31. exemplificauit in premissis respectu conclusionis, & patet quod se habeant vt causæ materiales cum præmissæ obiectiuæ, idest termini componant conclusionem,& etiam patet quod se habeant vt causæ effectiuæ, seu vt quo quia se habent vt species: Intellectus enim simul cum illis, seu cum speciebus præmissarum causat assensum conclusionis, vnde constat in syllogismo requiri, & præmissas, & conclusionem.

præmissæ causæ Conclusionis.

Dictum de omni.

5 Cum omnes figuræ syllogisticæ fundentur in *dicto de Omni* idest quidquid Vniuersaliter prædicatur de aliquo prædicetur de omni eo, quod continetur sub illo, & pertinet ad affirmationem; & pro negatione fundentur in *dicto de Nullo*, hoc est quidquid vniuersaliter negatur de aliquo, negari etiam debet de omni eo de quo illud prædicatur, ideo non possunt dari nisi tres figuræ syllogismorum, in quarum prima medius terminus prædicetur in minori, & ter-

Dictum de nullo

Tres figuræ [illegible] modo.

subiciatur in maiori, & consequentia concludat naturaliter, in secunda medius terminus prædicetur in maiori; & minori, & consequentia naturaliter concludat in tertia, vt in maiori, & minori medius terminus subiciatur, & pariter naturaliter concludat consequentia. Quarta vero figura Galeni in qua medius terminus prædicatur in maiori & minori subijcitur, & cõsequentia particularis, & innaturaliter conconcludit, vt in hoc syllogismo; *Aliquod Animal est risibile; sed omne Risibile est homo, ergo aliquod Animal est homo*, nullo modo potest dari, quæ constituat figuram diuersam ab illis tribus cum opponatur illis duobus dictis primis principijs, scilicet *Dicto de Omni*, & *dicto de nullo*, nam tunc opponitur illis principijs quando Syllogismus innaturaliter concludit. Modi vero secundæ, & tertiæ figuræ licet explicitè nõ includant illa Principia tamen implicitè includunt, cum concludant indirectè, sed naturaliter, & non ideo reducuntur ad primos quatuor modos primæ figuræ; quia innaturaliter concludunt, sed vt directè, & clarius pateat consequentia, quod non accidit in figura Galeni, quæ innaturaliter concludit, & consequenter aduersatur dictis Principijs. Innatura-

Quarta Galeni. non.

Concludere innaturaliter.

cōclude re innaturaliter.

turaliter concludere est quando prædicatum consequentiæ non reperitur in maiori, & subiectum consequentiæ non inuenitur in minori; Diuersitas itaque figurarum habetur a diuersitate dispositionis medij termini in præmissis naturaliter tamen fit conclusio. Et hinc fit quod quinque vltimi modi primæ figuræ non constituunt diuersam figuram cum concludant innaturaliter, & habeant eandem dispositionem medij termini; ergo neque figura Galeni constituit diuersam cum concludat innaturaliter, & habeat eamdem dispositionem medij termini, scilicet esse prædicatum, & subiectum in præmissis, quod concludit innaturaliter, patet, quia maior extremitas conclusionis, scilicet prædicatum, non reperitur in maiori, neque minor extremitas conclusionis: scilicet subiectum, reperitur in minori propositione, vt deberet contingere ad hoc vt naturaliter concluderet, ergo cum concludat innaturaliter aduersatur *dicto de omni*, & *dicto de nullo*; Quod vero habeat eamdem dispositionem medij termini etiam patet, cum differat à primis modis directis primæ figuræ per solam traspositionem præmissarum, ergo sicut quinque modi primæ figuræ non constituunt diuersam, sed primam, ità etiam figura Gale-

Galeni, ergo non constituit quartam figuram, sed reducitur ad primam, si nomine figuræ intelligere volumus dispositionem illam terminorum, quæ nō solum quomodocumque aliquod infert, sed benè, & naturaliter, ideoq; secundū dispositionem Principiorum *Dicto de omni*, & *Dicto de nullo*. Si autem nomine figuræ intelligere volumus quamcumque dispositiionem terminorum, ex qua aliquo modo rectè deduci possit, certè dabitur quarta figurà, itaut non possimus esse certi, ne dentur etiam aliæ, vt V-G.. Homo dicitur de Petro, sed quod dicitur de Petro dicitur de rationali, ergo homo dicitur de Rationali.

6 Syllogismus vel est Topicus, vel Sophisticus, vel Demonstratiuus. Topicus, qui constat ex præmissis probabilibus, ideoque probabilis dicitur seu Topicus, seu Dialecticus. Media ad conficiendos tales Syllogismos inueniri possunt quam plurima apud Aristotelem in lib. Top & apud eius Interpretes, sed certè regulam tutam, & vniuersalem non assignant & talis syllogismus non parit scientiam licet ei inseruiat aliquo modo, ideo non est immorandum hic. *Quat. Syllogismi:. Top. qui*

7 Sophisticus est ille, qui solū apparenter concludit cum contineat fallacias, quæ sunt in dupplici genere nā, *Sophistricus qui.*

aliæ sunt in dictione, ità appellatæ quia causam apparentiæ sumunt ab aliquà dictione, seu voce posita in syllogismo. Aliæ sunt extra dictionem, ità dictæ, quia pro causa non habent vocem, sed rem, & significatum. Fallacia primi generis multis modis potest contingere, ideoque quam plurima sortitur nomina: Primum dicitur fallacia Æquiuocacationis quando vsurpatur vox aliqua habens plura significata, & ad hanc fallaciam spectat vox, quæ plura significat, vel propter compositionem, vel propter diuersum numerum casum tempus, Accentus &c. secundum Anphibologia, quæ est Oratio *habens plures sensus*, vel methaphoricos vel proprios ita vt vno modo sumatur in vna propositione, & alio modo in alia V. G. omne quod ridet est homo, sed prata rident, ergo Prata sunt homines. Tertium compositio, & Diuisio, quando à sensu composito vero argumentum fit ad sensum Diuisum falsum, vel contra V. G. possibile est album esse nigrum &c. Quartum Accentus quando ex variatione quantitatis syllabarum variatur, significatio V. G. Populus est multitudo hominum, sed Arbor nauis est Populus, ergo Arbor nauis est multitudo hominum Quintum est similitudo vnius vocis
cum

cũ alia; ex qua sim litudine infertur conuenientia in reliquis. Ad hanc fallaciam reducitur illa, quando, quæ pertinent ad diuersa prædicamenta accipiuntur pro vno, & sic de alijs quæ aliquo modo habeant diuersam significationem, & vna semper accipitur, & sic semper est quædam æquiuocatio.

8 Fallacia extra dictionẽ multiplex potest esse. Prima est fallacia accidentis quando id quod conuenit accidenti, tribuitur subiecto vel è contra. Nomine accidentis hic intelligimus omne id quod affirmatur de altero, vel essentialiter vel accidentaliter, & in hoc syllogismo habetur talis fallacia V. G. Animal est genus, homo est animal, ergo homo est genus. Secunda est fallacia secundum quid ad simpliciter, vel e contra quando affirmatur aliquod conuenire alicui sine addito, quod tamen conuenit cum addito, vt V. G. Æthiops est albus secundum dentes, ergo est albus. Tertia est Fallacia ignorationis Elenchi, quando duo assumuntur vt contradictoria, quæ tamen non sunt, vt sunt ista Nullus oculus est necessarius ad videndum, aliquis oculus est necessarius ad videndum quæ propositiones ambæ possunt esse veræ ergo non sunt contradictoriæ, nisi quando vna

est vera altera falsa; ideoque adhoc vt propositiones sint contradictoriæ postulant, vt vna neget quod altera affirmat, & sic negatio debet esse eiusdem, secundum eandem partem, eodem tempore, eodem modo, eodem loco &c. Quarta est petitio principij, quando scilicet assumitur quod est probandum. Quinta fallacia consequentis, quando eodem modo infertur ex consequentia antecedens sicuti ex antecedenti consequens V. G. est homo, ergo est Animal, existimat valere est Animal ergo est homo. Sexta est fallacia non causæ pro causa, quando scilicet falsitas vel veritas conclusionis tribuitur alicui præmissæ, quæ vere causa non est falsitatis, vel veritatis conclusionis V. G Aliquis male vtitur armis, ergo Arma sunt mala. Septima est fallacia plurium interrogationum tamquam vnius, quando scilicet fiunt plures interrogationes quibus vnica responsione vult Sophista, vt satisfiat cum non possit V. G. an homo, & Equus sint Animal rationale. Si enim sit responsio affirmatiua, infertur, ergo Equus est Animal rationale; Si negatiua ergo, homo non est Animal rationale: Itaque non potest satisfieri vnica responsione.

Petitio principij.

9 Demonstratiuus syllogismus est ille

ille qui parit scientiam, & quia hic est necessarius, & multa requiruntur, ideo explicatis fallacijs ad eas euitandas, exacte exponendus. Quare.

CENTILOQ. XXIV.

De Praerequisitis ad Demonstrationem.

1 ARistoteles vult dari scientias de nouo acquisitas (vt dicemus infra Centiloq. 27.) contra Veteres asserentes dari tantum reminiscentiam, ideoque ponit tamquam principium, quod omnis Doctrina, & disciplina fit ex praeexistēti cognitione vel agente, vel dirigente. Et nomine Doctrinae, & Disciplinae intelligit Aristoteles, discursiuam, vt exēplificat, non vero Definitiuam. Praecisa tamen mente Aristotelis omnis cognitio intellectiua quaecumque sit fit ex praecognitione saltem sensitiua: nam nihil est in intellectu, quod prius non fuerit in sensu, vt patet etiam experientia. Tertia enim operatio supponit secundam, & secunda primam, & prima species acquisitas per sensus. Sed quia praecognitio potest esse agens, & di-

rigens, certum est quod cognitio inferens, quæ pertinet ad tertiam operationem fit ex præsistenti cognitione agente, quia assensus Conclusionis causatur ab assensu præmissarum.

2 Cognitio Definitiua quæ pertinet ad primam operationem fit ex præexistenti cognitione dirigente, non agente, & ratio est quia definitio, vel habetur ex cognitione confusa definiti, & hæc non potest causare cognitionem claram. vel ex præcognitione vnius partis, & hæc neque potest causare illam, cum cognitio Differentiæ non causet cognitionem generis vt patet, neque cognitio vtriusque partis cum nullum sit causa sui ipsius, clara enim cognignitio generis, & Differentiæ est Definitio, ergo Cognitio definiti causaret sui cognitionem. Neque cognitio vtriusque partis habetur per discursum nam per discursum habetur applicatio definitionis ad Definitum, & sic non sumus in casu, ergo cognitio definitiua fit ex præexistenti cognitione dirigente.

3 Cognitio vero primorum principiorum, quæ pertinet ad secundam operationem Intellectus, si prima principia ita sint ut habeatur eorum notitia per discursum, tunc illa cognitio fit ex præexistenti cognitionem agente, ut dictum est de cognitione

tione inferente, quæ pertinet ad tertiam operationem; Si uero cognitio primorum principiorum ita sit, ut habeatur lumine naturæ, certe non fit ex præexistenti cognitione agente sed dirigente, nam posita appræhensione non statim necessitatur Intellectus ad assensum, ergo non fit ex præcognitione agente, sed dirigente & licet posita clara apprehensione partium necessitetur, Intellectus ad assensum talium principiorum, sicut necessitatur ad conclusionem posito assensu præmissarum, tamen non necessitatur ex ui appræhensionis, sed ex ui connexionis terminorum, & sic quamuis posita appræhensione partium, & totius, sit euidens ueritas, *totum est maius sua parte*; tamen Intellectus assentitur huic propositioni, quia est ueritas in illa propositione, ex vi connexionis terminorum, & non assentitur ex vi appræhensionis licet prærequiratur appræhensio partium, ut cognitio dirigens.

Ad Demonstrationem itaque bene assignātur prærequiri duæ tantum præcognitiones in Vniuersali, & tria præcognita. Tria præcognita quia tria sunt illa, de quibus debent haberi præcognitiones, scilicet subiectum, & prædicatum conclusionis, & ipsæ præmissæ, quæ quamuis Duæ faciunt unum præcognitum,

Tria præcognita.

quia concurrunt ut una causa ad conclusionem, cum uniantur uno medio termino, qui, uel præcognoscitur remotè, vel se habet indistincte cum præcognito præmissarum: Duæ præcognitiones, cum non possit assignari quid aliud requiratur immediate quod sit præcognoscendum, quam *an sit* de subiecto, & præmissis, & *quid nominis* de prædicato, sed *an sit*, in particulari de subiecto debet præcognosci; *an sit possibile*, vel *actuale* de præmissis vero debet præcognosci *an sint vera*. Et quamuis subiectum, & prædicatum conclusionis præcognoscantur in præmissis sicut etiam medius terminus, tamen debet præcognosci, vt subiectum conclusionis, & vt prædicatum eiusdem conclusionis extra præmissas, quod non contingit in medio termino. Itaque tria præcognita, & duæ præcognitiones in Vniuersali, scilicet, an & quid sit, vna enim præcognitione possunt complecti duo præcognita, sicuti vna enunciatione, duo termini complectuntur. Debet etiam haberi præcognitum quid nominis subiecti, & an sit prædicati, & subiecti præmissarum, sed ista non sunt præcognita, & præcognitiones immediate demonstrationis, seu conclusionis de quibus loquitur Aristoteles, quod dic, etiam de primis principijs remotis

Duæ præcognitiones.

motis nam ſolum de immediatis, & proximis eſt ſermo, ratione præcognitionis, & præcogniti.

CENTILOQ. XXV.

De Conditionibus Demonſtrationis.

1 DVobus modis explicatur Demonſtratio ab Ariſtotele. Vno modo *Demonſtrationem* (dicendo) *ſyllogiſmum ſcientialem*. Alio modo *Demonſtrationem cõſtare ex principijs veris primis immediatis Prioribus Notioribus, & cauſis concluſionis*, & hæ duę explicationes in vnam poſſunt coaleſcere, ita vt per primam explicetur finis cum inſtrumentum debeat explicari in ordine ad id cuius eſt inſtrumentum. Demonſtratio enim eſt inſtrumentum ſcientiæ. Per ſecundam vero explicatur materia Demonſtrationis, & ſic poteſt dici Demonſtratio eſt ſyllogiſmus ſcientialis conſtans ex principijs, veris, Primis, immediatis, Prioribus Notioribus, & cauſis concluſionis. Quamuis Ariſtoteles dicat multoties Demonſtrationem, & ſcientiam, idem eſſe, tamen loquitur de id nitate

Demonſtratio quid.

Requiſita.

tate subsecutionis quatenus ad Demonstrationem subsequitur scientia, vel tunc accipit Demonstrationem solum prò conclusione quæ potest dici scientia. Itaque in dicta Definitione *syllogismus* se habet loco generis, *scientialis*, finem explicat; reliquæ vero particulæ materiam.

primum Ex veris. 2 Debet igitur Demonstratio cõstare ex ueris quia si præmissę sunt falsę, etiam conclusio est falsa, sed quod est falsum nõ potest sciri, nã per Aristotelé *de non ente non est scire* hoc est de falso non datur proprie scientia, ut idem explicat 5. Meth. Tex. 14. ergo debent esse ueræ, & licet Aristoteles dicat 2. Poster cap. 2. ex non necessarijs necessarium syllogizzari posse, sicut uerum ex falsis, possumus enim dicere, & optime concludere omnis lapis est sensibilis, omnis homo est lapis, ergo omnis homo est sensibilis; tamen potest intelligi Verum, *ut quod* non *propter quid*; idest non ex vi præmissarum habetur veritas Conclusionis; Ideoque etiam S. Thomas hic lect. 4. ait ex falsis potest inferri verum, sed non sciri, quia ad scientiam non solum requiritur, quod duo sint vere inter se connexa, sed quod sint connexa ex vi præmissarum. Et quando de falso scitur esse falsum, est scientia, & non est falsum; Demonstra-

Ex falsis Verũ sed non scientie

tio

tio enim quæ habetur ex falsis, cognoscuntur, ea vt vera; Et quæ ducunt ad impossibile cum procedat ex falsis, licet inducat verum, tamen non est verum scientificum, quod esse debet coniunctum cum euidentia quæ dat imperturbablitatem, & euidentia in præmissis non adest ratione causæ, vt infra.

3 Debet etiam constare ex primis & immediatis (sumendo hic prò eodem *primum*, & *immediatum*,) quia si premissæ non sunt immediatæ, & indemonstrabiles non dabitur scientia, nisi habeatur cognitio ex Demonstratione illarum, nam scire quorum demonstratio est non secundum accidens, est habere demonstrationem, ergo cum non detur processus in infinitum, debemus deuenire ad præmissas primas, immediatas, & indemonstrabiles, vtraque tamen debet esse immediata, vel actu vel potentia, seu virtute, scilicet vt demonstrata per suam causam. Ceterum sufficit quod vna ex præmissis nempe maior sit immediata immediatione causæ. Vt V. G Omne rationale est discursiuum, omnis homo est rationalis, ergo omnis homo est discursiuus. Certum tamen est quod propositio immediata debet esse immediatione causæ, quia prò eodem accipitur in Definitione primum, &

secundū Ex primis, & Immediatis.

Immediatione causa.

immediatum, ac indemonstrabile, sed sola propositio immediata immediatione causæ est huiusmodi cum propositio immediata immediatione subiecti (scilicet quando subiectum nullum mediat) possit demonstrari per causam, vt V. G. *homo est risibilis*, quæ demonstrari potest per *rationalitatem* causa risibilitatis, ergo Intelligitur de immediatione causæ, quod est quando prædicatum conuenit subiecto nulla mediante alia causa, vt in hac propositione homo est rationalis. Et quamuis vna propositio quæ est immediata immediatione causæ, possit demonstrari per aliam propositionem desumptam ex diuerso genere causæ, tamen non erit perfecte, & bene, & immediate definita ex vno genere causæ dum dependet à pluribus causis, ergo tunc definitio non poterit de definito demonstrari, nisi sumantur omnia genera causarum, vt loquitur Aristoteles secundo Posteriorum. Sed vt verum fatear sufficit ad Demonstrationem si terminus contineat saltem implicite causam immediatam, vt V. G. in hac propositionem *homo est risibilis* dicitur immediata immediatione causæ quia homo implicite continet rationalitatem, quæ est causa immediata risibilitatis. Itaque propositiones, & conclusiones quæ

pos-

possunt probari a priori non sunt perfecte scientifica, dum habeant veras causas, sed non per hoc obstat ad veram scientiam, & ad Demonstrationem probatio a posteriori, & deductio ad impossibile, vt facit Methaphysica probando principia aliarum scientiarum.

4 In propositionibus vero negatiuis eadem immedietas debet dari, nam in secunda figura conclusio est negatiua, ergo aliqua ex præmissis debet esse negatiua, ergo ne detur processus in infinitum in propositionibus negatiuis, debet præmissa negatiua esse immediata. Et falsum est quod Auicenna dicit nullam propositionem negatiuam esse immediatam, nam hæc, *Substantia non est quantitas*, quæ per Aristotelem est immediata potest probari ex definitione alicuius termini ex illis hoc modo de substantia. Nullum ens per se est quantitas, sed substantia est ens per se, ergo substantia non est quantitas. Ex multiplici ratione hic discursus Auicennæ est falsus; præcipue quia summum Genus non potest proprie definiri, & licet posset definiri, adhuc tamen non esset Demonstratio, cum non quælibet definitio, sed Definitio causalis est medium ad Demonstrationem, nec sufficit quod quomodocumque præcedat *Idem in negatiuis.*

cedat

cedat, nam quamuis positiuum præcedat negatiuum in quò fundatur, tamen cum non præcedat positiuum, vt causa negationis, sed tamquam id ad quod sequitur negatio, non sufficit ad Demonstrationem.

Regula. 5 Regula dignoscendi propositionem negatiuam, esse mediatam vel immediatam est talis. Quando in propositione affirmatiua opposita prædicatum inest subiecto mediante causa, erit mediata etiam negatiua. Quod si prædicatum insit subiecto nulla mediante causa in propositione affirmatiua opposita; etiam negatiua erit immediata, ita Aristoteles Tex 30. vbi sic habet *Si affirmatio est causa ipsius esse*, & *negatio est causa ipsius esse*, non quod negatio sit vera causa negationis, non ens enim neque causare potest nere neque causari: sed dicitur causa, quatenus ad vnam negationē sequitur alia sicuti ad positionem vnius sequitur positio alterius, itaque propositio ista Equus *non est admiratiuus* erit mediata quia negatio admiratiui non sequitur ad esse Equi, sed sequitur ad non esse discursiui; & sic propositio *Irrationale non est discursiuum*, *erit* immediata vt patet.

Tertiũ. Ex prioribus, & notioribus. 6 Debet etiam constare ex *prioribus*, & *notioribus* conclusione, nam præmissæ sunt causa Conclusionis: imo

imo propter præmissas assentitur cōconclusioni, ergo multo magis scire debemus præmissas. Nam propter *propter quod vnum quodque tale, & illud magis*, quod principium in casu nostro verificatur, licet in aliquibus alijs casibus non valeat, vt in istis propositionibus V. G. Homo odit Mundum propter Deum, ergo multo magis Deum. Sic filius est homo propter Patrem, ergo magis homo Pater, & in tantum non valet semper in quantum non habet semper tres conditiones requisitas, scilicet primo, quod illa ratio, quæ conuenit vni propter aliud, vtrique conueniat Vniuoce, vel saltem Analogice. Secundo quod illa ratio conueniat vni tamquam causæ; alteri tamquam effectui, ut possit fieri talis prædicatio; ideo est talis effectus, quia est talis causa, sed non ideo est odium Mundi quia est odium Dei, neque ideo filius est homo, quia pater est homo, sed quia filius habet animam rationalem. Tertio quod illa ratio suscipiat magis, & minus, vt patet ex ipsis verbis. Imò illud *magis*, non solum accipitur prò maiori intentione, vel prò potiori ratione, sed etiam prò præstantiori modo quò sensu sumitur hæc propositio Deus est magis substantia quam Angelus. Cum ergo ista tria requisita

Verificatio principij.

sita

sita reperiantur in casu nostro, certe valet illud principium.

Quartū ex causis.

7 Debent etiam præmissæ continere causam conclusionis non solum in essendo, sed etiam in cognoscendo, quia per Aristotelem tunc scimus cum causam rei cognoscimus; & etiam tunc habetur Demonstratio propter quid cū tenemus causā rei, quæ medium est in Demonstratione, patet hoc exemplis. Nam prò causa materiali sic dicit: omnis Angulus, qui est medietas duorum rectorum est rectus, sed omnis Angulus descriptus in semicirculo est medietas duorum rectorum, ergo omnis Angulus in semi circulo est rectus. Prò causa efficienti sic. Qui Medos primo inuadunt bello, à medis primo vexantur bello; sed Athenienses primo Medos bello inuadunt, ergo Athenienses primo à Medis bello vexantur. Prò causa Finali, sic, qui vult sanari deambulat, qui male se habet vult sanari, ergo qui male se habet deambulat. Quia vero non exemplificat in causa formali ideo de ipsa dubitatur an possit esse medium ad demōstrationem perfectam. Quare opinor, quod si causa formalis accipiatur prò ipsa essentia passionis, seu prædicati conclusionis, non potest esse medium in Demonstratione propter quid, quia nihil

Dubiū de causa formali.

po-

potest esse causa sui ipsius, Adde quod causa demonstrationis debet esse mediũ connexionis cũ subiecto, sed definitio seu forma physica non est caussa formalis connexionis, passionis cum subiecto sed potius causa efficiens connexionis, ergo non potest esse medium in genere causæ formalis. Si vero accipiatur causa formalis ills subiecti ipsius passionis, vel conclusionis, vel prò Definitione, vel prò forma physica componente idem subiectum, neque potest esse medium in Demonstratione non solum ex dictis rationibus sed etiam quia non habet rationem causæ respectu passionis, cum nullo modo sit distincta a passione. At si accipiatur pro causa formali extrinseca passionis, vt est in aliquorum sententia Accensiò sanguinis circa Cor, in Ira; & interpositio Terræ in Eclypsi Lunari tunc potest esse medium ad Demonstrationem, nam causa formalis extrinseca est causa necessaria connexionis passionis cum subiecto, vt patet si dicam quando est Accensio sanguinis circa cor est Ira, modo est Accensio sanguinis circa Cor ergo modo est ira ergo hoc modo potest esse medium.

8 Omnes itaque quatuor causæ possent esse modo explicato medium ad Demonstrationem perfectam. At non

Causa Virtualis non

non sufficit quod sit causa virtualis, quia debet esse causa propter quam res est, & illius rei quæ scitur per Aristotelem definientem scientiam, esse *cognitionem rei per causam propter quam res est*. Sed causa virtualis non est causa propter quam res est, nec est causa illius, quod scitur. Ergo &c.

Occurit. Obiect. Et exemplificatio Aristotelis per causam virtualem, dum Demonstrat Cœlum esse dextrum, & sinistrum non est contra nos cum exemplum non semper fidem faciat, nam explicandi gratia affertur; ideoque non est necessaria omnimoda veritas.

Causa Remota non. Neque sufficit causa efficiens remota, &

neq; per accidẽs. per accidens, nam posita sola causa remota adhuc res non est, & non habet connexionem necessariam, quia aliter non esset causa per accidens.

Causa Vniuersalis. Neque etiam sufficit causa vniuersalis, quæ determinatur ab alia causa particulari ad talem effectum producendum V.G. Sol, vt producat herbas determinatur ab alia causa particulari, vt a semine, ergo causa Vniuersalis quando non est proxima, & immediata non est medium ad Demonstrationem, respectu vero effectus qui causatur a sola causa vniuersali V.G. Sol ad esse Diem tunc est causa adæquata, & immediata, ideoque tunc potest esse medium ad Demonstrationem.

Tau-

9 Tandem Demonstratio debet esse ex necessarijs non quod ex propositionibus quomodocunque necessarijs sufficienter fiat Demonstratio, sed ex necessarijs habentibus tria requisita. Primum vt sit de omni, non quod habeat signum Vniuersale V.G. omne, nullum &c. Sed quod prædicatum insit omni subiecto, si subiectum habeat inferiora, & insit semper intelligendo de rigorosissima necessitate propositionum, nam minus rigorose prædicatum *de omni* est cum semper inest subiecto non tamen simpliciter, sed eo tempore quo debet, vt omnis homo emittit dentes intelligendo de tempore requisito: vel inest omni subiecto si tollatur impedimentum, vt homo habens oculos vidit &c. Sed non conferunt ad perfectam scientiam sicuti illi primi modi. Secundum vt predicatum illius sit per se, vel prædicandi, vel inhærendi, nam causandi, & essendi non conferunt adeo perfectè ad Demonstrationem. Tertium, vt prædicatum *sit Vniuersale*, idest de omni, & per se, & secundum quod ipsum. Duæ primæ particule *de omni* scilicet *& per se* sunt explicatæ restat explicare Tertiam videlicet *secundum quod ipsum*, & est quando inter subiectum & prædicatum valet hæc comparatio; ideo tale prædicatum conuenit

Quintũ Ex necessarijs

Requisita: primum.

2.

3.

uenit subiecto quia subiectum secundum vltimam suam Differentiam est causa illius ideoque valet *homo est risibilis*, non vero *homo est Animal*, vel *homo est coloratus* quia non est secundumquod ipsum, vt manifestè patet.

CENTILOQ. XXVI.

De speciebus Demonstrationis vbi de Regressu seu Circulo.

Demonstratio quatuplex.

1 DVæ tantum sunt species Demonstrationis, vt enumerat Aristoteles scilicet Demonstratio propter quid explicata in Gentiloqu. superiori, & demonstratio Quia, seu Quod; solum enim potest esse Demonstratio à priori, quæ datur propter Quid; & Demonstratio à Posteriori, idest per effectum, & dicitur Quod, seu Quia: & quamuis Auerroes ponat demenstrationem Potissimam constare ex Demonstrationibus propter Quid, & Quia tamen ista non distinguitur specie à demonstratione propter Quid; quia est impossibile, quod demonstratio à priori demonstret passionem conuenire

nire subiecto, & simul non cognoscere, quod sit. ergo. Demonstratio propter quid demonstrat totum, quod demonstrat Demonstratio potissima.

2. Demonstratio Quia è bona demonstratio, cum illi conueniant omnes conditiones supra enumeratas in demonstratione à Priori excepta vltima, nam non est causa essendi, sed tantum cognoscendi ideoque; non est ita perfecta. Duplex est Demonstratio Quod, seu Quia. Alia est à posteriori, & per effectũ necessarium, alia est a causa remota. Exemplum primæ est V.G. Quod crescit orbiculariter est rotundum, Luna crescit orbiculariter. ergo Est rotunda. Exemplum secundæ est Verbi Gratia omne quod respirat est Animal nullus paries est animal ergo nullus paries respirat. Vbi patet, quod fit in secunda figura, & medius terminus qui erat causa remota, debet negari de minori extremitate. *Demonstratio quia.* *Per effectum.* *Per causam remotam.*

3 Syllogismus ducens ad impossibile, Et etiam probans vnum effectum de alio. Est quando passio generis prædicatur de specie, nullo modo propriè, & primario erunt Syllogismi scientifici. Sed ducens ad impossibile dicitur potius redargutio, vt loquitur Aristoles 4. Metaph. Tex. 19. & ab aliis dicitur argumentum ad

ad hominem respectu concedentis. Syllogismus vero probans vnum effectum de alio dicitur Dialecticus, qui licet sit contentus propositionibus probabilibus, tamen non excludit necessarias. Syllogismus vero, in quo passio generis prædicatur de specie non erit demonstratio nisi secundaria, nam non est de subiecto adæquato immediato.

4 Quando ab Aristotele 2. posterior. c.21. dicitur peti principium quando aliquod demonstratur per posteriora, sed non potest dari petitio principij ergo neque demonstratio à posteriori, intelligitur quando demonstratur idem per idem vel ignotum, per ignotum, quod non accidit in Demonstratione, licet sit per regressum. Regressus enim seu circulus in Demonstratione est ita, vt ab effectu ad causam, & a causa per alium Syllogismum ad demonstrandum effectum regreditur, & fit hoc modo, vt maior conuertatur simpliciter conclusio ponatur loco minoris, & minor prioris syllogismi sit conclusio 2. V.G. omne admiratiuum est rationale omnis homo est admiratiuus ergo omnis homo est rationalis, fit regressus si dicamus, omne rationale est, admiratiuum. Omnis homo est rationalis ergo omnis homo est admiratiuus. Vbi pat et non

Circulus.

posse

posse fieri nisi in terminis conuertibilibus incipiendo a Syllogismo per effectum ad Syllogismum per causam vt patet in exemplo allato; in quo vis secundi argumenti innititur causæ, quæ in 2. argumento accipitur tamquam medium, sub qua ratione non fuerat accepta in primo argumento. Itaque regressus seu circulus materialis (qui est quando ad probandam præmissam vtimur conclusione facti Syllogismi, vt cognita per alium medium, non per premissas) est valde vtilis; nam Aristoteles ex motu æterno probat motorem æternum, & ex motore æterno regreditur ad probandum motum æternum. Accedit, per regressum fit quod illud quod erat cognitum confuse nempe effectum inesse subiecto cognoscatur clarius nempe eundem effectum inesse subiecto dependenter à tali causa, & hæc claritas habetur per secundum argumentum. *Circulus materialis vtilis.*

5 Ille circulus; qui negatur ab Aristotele est Antiquorum, probantium vtrumque Syllogismum per causam, & à priori. Noster vero vnus est à posteriori alter à priori, & solum minor syllogismi prioris probatur, non vero maior; & illa propositio, quæ assumitur ad probandum secundum argumen- *Circulus Inutilis.*

tum, sumitur tantum materialiter, non formaliter, idest cognita eodem modo; nam quamuis in Demonstratione à posteriori cognoscatur effectus, & causa, tamen non cognoscitur distinta in ratione causæ sicuti quando fit regressus per causam. Regressus vero seu circulus formalis (qui est quando ad probandam aliquam præmissam sumitur conclusio syllogismi, vt cognita dependenter à præmissis) non potest dari, nè idem det certitudinem sibi ipsi; & ne eadem propositio sit nota, & ignota, cum syllogismus sit processus ex noto ad ignotum. Quando vero Aristoteles admittit circulum intelligitur de materiali, & in syllogismis probabilibus, in quibus neque potest dari circulus formalis, cum conclusio quæ est ignotior non possit sumi ad probandas præmissas notiores, & sic quando dicitur, vnam definitionem probari per aliam non est demonstratio.


Formalis.

Definitio enim
scientifica
est tan.
tum
vna, idest per
omnes cau.
sas.

CEN-

CENTILOQ. XXVII.

De effectu Demonstrationis Vbi De Scientia Actuali.



1 CVm Demonstrationis effectus sit scientia prò quà comparanda inuenta est Demonstratio, ideo hic explicanda est scientia quæ secundũ Arist. est *cognitio rei per causam propter quam res est, & quod illius causa sit, & nõ contingat aliter se habere.* Dicitur *cognitio* vt Genus, quatenus cõuenit primis principijs, & definitioni; Dicitur per *causam* vt excludatur definitio, quà potius cognoscimus causam, quam per causam, & cognoscimus ipsa prima principia ex terminorum tantum connexione, cum nullo modo possint probari à priori, nè detur processus in Infinitum; & si probarentur non essent prima; Dicitur *propter quam res est*, vt excludatur cognitio à causa remota. Dicitur *& quod illius causa sit*, nam non satis est cognoscere materialiter ipsam causam, vt in Demonstratione à posteriori, sed

Scientia quæ.

Prima principia an possint probari.

ſed debet cognoſci vt cauſa, vt cognoſcitur per regreſſum. Dicitur *non contingat aliter ſe habere*, quia ſi illæ particulæ referantur ad obiectum ſcientiæ ſignificant non debere eſſe contingens, vt poteſt eſſe obiectum artium: Si vero dictæ particulæ referantur ad cauſam, ſignificant quod ſit neceſſaria illius effectus.

An detur de nouo ſcientia

2 Tali pacto explicata ſcientia manifeſte patet dari de nouo, quæ non ſit reminiſcentia, quia de nouo ſcimus aliquod per propriam cauſam, quod antea neſciebamus; V. G. Phyſicam, Mathematicam &c. Accedit quia reminiſcentia tantum ſine noua ſcientia damnata eſt in 6. Concilio Coſtantinopolitano, & Bracarenſi primo can. 6. Adde quod de ratione reminiſcentiæ eſt cognoſcere aliquod ita, vt cognoſcamus illud fuiſſe antea cognitum, vt patet; ſed non habemus talem cognitionē, dum acquirimus ſcientiam, ergo &c. Probatur denique quia tunc daretur ſola reminiſcentia, quando animæ eſſent creatæ antequam infundantur in corpore, ſed hoc eſt falſum, vt videbimus, ergo &c. Imo etiam ſi eſſent creatæ antea, & ante infuſionem haberent cognitionem, certè per infuſionem eam non deperderent cum habeant

Reminiſcētia quæ.

inci-

inclinationem naturalem ad talem vnionem, quam inclinationem non haberent, si inde reciperent damnum; Natura enim non dat inclinationem ad id, à quo sequitur malum necessario. Tum quia non potest assignari quomodo deperderent cognitionem, quam antea habebant, cum materiale vt corpus non possit agere in animam, vt spiritualis est, quæ si habuisset aliquam speciem, & cognitionem, operaretur circa illam independenter à Corpore.

3 Ad id quod dicit Pictagoras, quod conclusio non potest sciri nisi sciantur præmissæ, sed præmissas non possumus scire nisi per alias, ergo vel datur processus in infinitum, vel sistendum erit in incognitis, ex quibus non deducitur scientia facile respondetur, quia licet sciamus conclusionem per præmissas, tamen præmissæ, vel euidenter cognitæ sunt ex ipsa terminorũ connexione, & penetratione, vel tandem peruenietur ad prima principia per se nota sine syllogismo. Validissime tamen concludit suprapositum Argumentum conrta afferentes prima principia posse probari à priori; sed nihil valet contra nos, cum habeatur cognitio experimentalis, & cum scientia sit de

Occurruit. Obiect.

prima principia non posse probari.

connexione principiorum, & prædicatorum; essentialium non de existentia actuali. Neque quicquam concludit experientia de puero respondente ad propositiones Mathematicas (V. G. totum esse maius sua parte) sicuti tria esse minora quam quinque propositas à Socrate, vt affert Plato prò reminiscentia, nam potest aliquando sufficere lumen naturale ad bene respondendum interrogationibus facilioribus, & accommodatis. Et quamuis non possit sciri de nouo, nisi quod est antea cognitum, tamen sufficit cognitio confusa, & in priori signo, & sic non erit reminiscentia, quia reminiscentia dicit cognitionem similem illi, quæ antea fuit; scientia non ita; quia habita aliqua notitia confusa de aliquo, de illo potest dari scientia, si per causam cognouerimus.

Reminiscentia.

4 Ad perfectam igitur scientiam requiritur quod cognitio sit certa, ad hoc vt sit simpliciter perfecta; & sit imperturbabilis. Certitudo vero accipitur *prò primo assensu, seu adhæsione potentiæ cognoscitiuæ vni tantum parti à qua dimoueri non possit*, & talis adhæsio, & assensus debet oriri ex obiecto. Sic requiritur quod causa non sit impedibilis saltem naturaliter ad suum effectum pro-

Certitudo quid.

producendum; nam ex vna parte, ad ſcientiam requiritur cauſa adæquata, & conuertibilis cum effectu, & ex alia parte præſcindit ab actuali exiſtentia, in ordine ad quam exiſtentiam actualem, poteſt effectus ſupernaturaliter impediri. Requiritur etiam, vt cognoſcatur, ſaltem vna cauſa immediata, quæ ſufficit ad ſcientiam, quia vna tantum cauſa eſt proxime, & immediata reſpectu vnius quæſiti. Et quando Ariſtoteles ad ſcientiam requirit cognitionem quatuor cauſarum, loquitur de cognitione rei incomplexæ; ad cognitionem enim complexi, ideſt connexionis prædicati cum ſubiecto ſufficit vna cauſa immediatior, quæ non eſt ſemper finalis, licet iſta vt plurimum ſit magis proxima; tamen non ſemper, ſed interdum proximior eſt efficiens, vt in hoc quæſito *cur à Deo homo poſſit creari*; interdum proximior eſt materialis, vt ſi quæras, *cur homo habet capillos*; Interdum proximior eſt formalis, vt ſi quæras cur *Luna Eclypſatur*; interpoſitio enim Terræ cauſa eſt formalis Eclypſis Lunaris. Iſtis quæſitis non poteſt reſponderi per cauſam finalem, ergo aliæ cauſæ etiam poſſunt eſſe immediatiores in aliquibus quæſitis.

Immediatior Cauſa Demõſtrationis.

De Indiuiduis scientia non. 5 Ex dictis patet de Indiuiduis non posse dari scientiam, vel accipiantur Indiuidua Collectiue, quia per Aristotelem primo Posteriorum Tex. 1. non potest passio generica demonstrari de speciebus simul sumptis, quæ licet adæquent quo ad amplitudinem, non adæquant quò ad naturam, quæ est primum subiectum passionum; nam sensibilitas in homine V.G, non habetur ex humanitate, sed ex animalitate, ergo si non potest passio generica demonstrari de speciebus simul sumptis, multo minus quæcumque passio poterit demõstrari de Indiuiduis Collectiue acceptis vt patet per suprapositum Argumentum. Vel accipiatur proprietas sequens ad indiuidualem indifferentiam, vt indiuidualis est, quia aut indiuiduo nulla operatio conuenit, quæ alteri conueniri non possit natura sua; aut si conuenit non est demonstrabilis, cum innotescere nobis non possit principium huius operationis. Vel accipiatur passio specifica quatenus probatur de indiuiduo, quia Demonstratio est de necessarijs. Indiuiduum.a.est corruptibile,& contingens. Et etiam quia per Aristotelem primo Post. Text. 165. quotiescunque passio superior prædicatur de aliquo inferiori, tunc non

primo modo Collectiue.

2. modo

3. modo

cognoſcitur cauſa prima connexionis prædicati cum ſubiecto quia tunc ſubiectum paſſionis non eſt ſubiectum primum, & immediatum, nam paſſio ſuperior conuenit inferiori mediante alio ſubiecto, ſenſibilitas enim conuenit homini non quia homo, ſed quia homo eſt Animal, ergo non poteſt eſſe ſcientia ad quam requiritur cognitio cauſæ proximæ, & immediatæ.

6 Et quamuis detur ſcientia de homine riſibili tamen non datur de hoc homine riſibili, quia non poteſt intelligi riſibilitas, quin intelligatur homo cuius eſt paſſio nō tamen quin intelligatur hic homo quia huic accidit, ſicuti accidit humanæ naturæ hic homo, ideoque non eſt neceſſaria connexio huic homini ſicuti homini; Imò neque ita primo, & immediate, cum riſibilitas connectatur huic homini, quia connectitur homini. Quinimmo quando inferior non habet eandem eſſentiam formaliter; ſicuti ſuperior, licet habeat eandem realiter; non poteſt paſſio ſuperioris probari de inferiori; ſed eſſentia Indiuiduorum non eſt eadem formaliter cum eſſentia ſpeciei, nam indiuiduum ſumitur vt ſuper addens aliquid ſpeciei, ergo non poteſt dari ſcientia de ſingulari. Hoc modo intelligendus eſt Ariſto-

Item.

Pariter.

35
ua
ac-
m
in-
dari.
non
ssio
bet
què
sit
au-
usa
vna
ro-
bie-
li-
ra-
nea
po-
atis
his
,
ut
ve-
an-
ssio
vel
uia,
utali
non-
ssen-
mus.

teles, quando dixit posse esse scientia de inferiori probando passionem cum æadem sit essentia superioris, & inferioris; Aliter enim sibi contradiceret, dum asseruit erraſſe eos, qui definierunt hunc solem, vt 7. Meth. Tex. 55. ergo ita intelligendus. Tamen, Cum in Deo quidem idem sit esse Dei formaliter, & huius Dei, ideo potest dari demonstratio, cum tam Deus, quam hic Deus sit primum subiectum.

Disparitas de Deo.

7 De ente per accidens ratione effectus casualis, licet in communi possit esse scientia inquirendo nimirum in quo consistat natura contingentiæ, & casualitatis: tamen in actu exercito prò vt habet in actu rationem effectus casualis non datur scientia quæ debet esse de necessarijs qualis non est effectus casualis. Datur tamen scientia de ente per accidens incomplexo, hoc est de cõnexione passionis cũ proprio subiecto & passio est accidens: sic de quantitate separata potest demonstrari quod habeat V.G. extensionem in ordine ad Locum, sic de calore quod sit qualitas contraria frigori &c. ergo de istis accidentibus potest dari scientia, quia hoc modo inquiritur natura. De ente vero per accidens complexo, idest de eo quod non habet vnam naturam, & essentiam

De Ente per accidens, quando datur scientia

non

non datur ſcientia, quia ſcientia eſt de rebus per ſe connexis, non accidentaliter; Connexiones enim accidentales, ſicuti poſſunt eſſe infinitæ, ſic de ipſis non poteſt dari ſcientia. Accedit, quia tale ens non habet veras paſſiones quia vna paſſio debetur vni eſſentiæ, ſed non habet proprie vnam eſſentiam, ergo neque vnam propriam paſſionem, quæ ſit demonſtrabilis per propriam cauſam proximam, cum propria cauſa proxima neque ſit, cum non ſit vna propria eſſentia. Muſica, & proſpectiua licet prima habet pro obiecto numerum ſonorum, ſecunda lineam viſualem, tamen demonſtratur ſolum de numero, & de linea tanquam de ſubiecto adæquato poſita tamen conditione ſonoritatis & viſibilitatis. Ita Ariſtoteles his verbis, *eadem ratio de Arithmetica, & Proſpectiua, neutra namque prò vt viſus, vel pro vt vox ſpeculata, verum prò vt linea, & numero.* Quando vero demonſtratur aliqua paſſio vel poſita conditione accidentali vel complexione accidentali plurium, tunc non eſt proprie ſcientia, quia vel eſt de ſuppoſitione accidentali illius conditionis, vel non demonſtrabile de ſubiecto primo.

8 Cum ſcientia dicat firmũ aſſenſum imperturbabilem, vt vidimus

 & opi-

& opinio dicat formidinem, valde dubia res est an actus scientiæ possit esse cum actu opinionis. Opinio itaque est de obiecto contingenti, idest cognito non vt necessario vt facit scientia, ideoque opinio dicitur assensus cum formidine partis oppositæ. Itaque actus scientiæ non potest coniungi cum actu opinionis includente actualem formidinem, quæ est quando ita assentitur Intellectus vni parti, vt habeat actuale dubiū de parte opposita: probatur quia est impossibile quod Intellectus existimet eandem rem posse simul esse, & non esse, sed per actum scientiæ existimat rem esse, cum sit cognitio rei per causam, quæ non potest aliter se habere; per actum vero opinionis existimat posse non esse, cum sit iudicium includens actualem formidinem partis oppositæ, scilicet quod possit res non esse; ergo &c. Quando vero Intellectus iudicat rem posse aliter se habere ex vi talis cognitionis opinatiuæ, tunc non est actus opinionis, sed actus scẽitiæ, quia æstimare rem contingentem posse aliter se habere est cognoscere obiectum secundum ea, quæ illi necessario conueniunt, ergo est actus scientiæ, sicuti est æstimare rem necessariam non posse aliter se habere.

Opinio quæ. An cum actu scientia

Ne-

9 Neque potest esse actus scientiæ cum actu opinionis includente formidinem virtualem vel cum actu exercito, quę est quando nimirum est actus æquiualens formidini actuali licet non explicite, sicuti est actus efficax, quò licet nō explicite dicatur volo me velle, tamen exercet actum, qui per quamdam æquiualentiam fertur in voluntatem volēdo, quamuis non per volitionem expressam, sed per executionem, ideoque dicitur actus exercitus, seu virtualiter. Actus itaque opinionis includens formidinem hoc modo explicatam, quod non possit esse cum actu scientiæ patet quia sequitur idem incommodum suprapositum. *formido Virtualis.*

10 Potest tamen actus scientiæ esse cum actu opinionis includente formidinem solum radicalem, quæ est quando assensus includit medium probabile non includente formidinem, neque in actu signato, neque in actu exercito licet illam non excludat radicaliter. P. quia actus, qui se excludunt debent esse oppositi, ita vt vnus dicat negationem alterius, sed isti actus non sunt oppositi, vnus autem se habet vt perfectior alter vt imperfectior, & vnus non dicit negationem alterius, ergo vnus potest esse cum altero. Habemus istantiam in Beatis, qui per visionem Bea- *formido radicalis.*

Ratio effectiua

Beatificam compræhendunt creaturam per naturalem vero non habent tantam perfectam cognitionem, & hoc dicit etiam S. Thom. p. parte q. 58. art. 9. ad tertium vbi admittit in Angelis visionem matutinam idest cognitionem rei in sua causa, scilicet in verbo, & cognitionem vespertinam hoc est rei in se. Quinimmo potest esse duplex appræhensio circa opposita obiectiue eiusdem rei, quando scilicet interrogatur *partes esse pares ne, vel impares*, ergo etiam possunt esse, in Intellectu actus scientię, & actus opinionis includentis medium probabile, non admittendo formidinem, neque actualem neque virtualem, sed solum radicalem.

Cognitio Angeli matutina.

Vespertina.

Actus fidei, & scientiæ simul.

11 Hoc modo neque potest esse actus fidei, & actus scientiæ de eodem simul in Intellectu, si de ratione fidei, est ineuidentia simpliciter, & absolute, ita vt dicat negationem, vel actualem, vel virtualem ipsius scientię. At quia aliqui celebres Theologi volunt fidem non esse ineuidentam simpliciter, sed solum illorum quæ per ipsam fidem non apparent, & sic saluant Definitionem fidei allatam ab Apost. ad Heb. 11. aiente *fides est substantia rerum sperandarum argumentum non apparentium*, idcoque dicunt, quod firmius assen-

Fides qua.

citur

titur si post scientiam rei addatur circa eam auctoritas.

12 Ad id quod dicitur quod Intellectus non potest esse simul certus & incertus, perturbabilis, & imperturbabilis, habere, & non habere euidētiam, & ista sequi ex actu scientifico, & opinionis includentis quomodocumque formidinem, & tantum fundamentaliter, adeoque non posse esse simul, Facile respondetur nam licet non possit esse in Intellectu simul certitudo, & negatio certitudinis euidentia, & negatio euidentię, sicuti se habent actus scientię, & actus opinionis includens actualem, vel virtualem formidinem, quę est negatio certitudinis, tamen potest esse in Intellectu assensus afferens certitudinem imperturbabilem; Simul cum alio actu afferente certitudinem, & imperturbabilitatem, non tam perfectam, quę tamen non dicit neque actualiter neque virtualiter negationem certitudinis. Sicuti, qui substentatur baculo solido, & simul baculo non tam solido simpliciter nō cadit, quamuis respectu baculi non tam solidi possit cadere ita se habet actus scientiæ cum actu opinionis includente formidinem tantum radicalem, quia Intellectus est certus, & tantum potest esse incertus, sed actualiter, & virtualiter est certus, at

vero

vero non potest intelligi quod aliquis subsententatur si admittat inhæsionem in baculo, & non admittat inhæsionem, ita est actus scientiæ, & actus opinionis includens actualem vel virtualem formidinem, nam est certus actualiter per actum scientiæ & actualiter non est certus cum admittat formidinem, quæ est negatio certitudinis.

Dispa. r. 145.

13 Dices tunc esset contradictio in Intellectu quando esset certitudo, & incertitudo actualis respectu eiusdem obiecti formalis, & sub eodem motiuo, sed est sub diuerso motiuo, ideoque sub diuerso obiecto formali ergo non est contradictio. Sed contra, Diuersum obiectum formale, & diuersum motiuum faciunt opinionem, & scientiam. sed opinio includens actualem, vel virtualem formidinem dicit negationem scientiæ; scilicet certiudinis, ergo diuersitas motiui non tollit contradictionem in Intellectu, nam hoc modo possemus dicere quod ex diuerso motiuo caliditatis, & frigiditatis mea manus posset esse calida, & frigida in summo.

Obiect.

Solutio.

14 Quamuis non possint esse in subiecto qualitates perfectiores, & imperfectiores eiusdem speciei sicut calor vt duo, & vt sex quia isti duo

calo-

calores possunt facere vnum intensiorem: at assensus probabilis includens solum radicalem formidinem, & scientificus differunt essentialiter nec possent facere vnum, ergo quando duo non sunt ordinata ad constituendum vnum perfectius possunt esse simul sicuti sunt vna species clarior, & altera species non tam clara, quæ possunt esse simul in Intellectu. Et in tantum non possunt esse duæ visiones, simul in oculo quarum vna sit clarior altera, quia ibi non possunt esse species simul clara, & non ita clara in oculo sicuti possunt esse in Intellectu, ergo in Intellectu potest esse actus certitudinis perfectus, qui est scientificus, & actus certitudinis non ita perfectus, qui est actus opinionis includens formidinem tantum radicalem quæ neque actualiter neque virtualiter dicit negationem certitudinis: At quia opinio includens actualem vel virtualẽ formidinem non dicit certitudinem imperfectam, sed negationem certitudinis, sicuti obscuritas in aere dicit negationem luminis, ideo non possunt esse simul, sicuti possent esse, si non dicerent negationem ad inuicem

Qualitas perfectior, & imperfectior quando simul.

CEN-

CENTILOQ. XXVIII.

De ſcientia habituali. Vbi de Habitibus.

1 SCientia habitualis eſt effectus ſcientiæ actualis, vt videbimus, ſed antequam ad eius explicationem deueniamus non nulla dicemus de habitibus, qui etſi multipliciter accipi poſſit, hic tamen ſermo eſt de habitu qui ſit naturalis acquiſitus, & operatiuus, & dicitur *Qualitas difficile mobilis genita ab actibus & ad ſimiles actus producendos inclinans potentiam.* Certum eſt talem habitum naturalem acquiſitum ex actibus de facto dari, vt eſt expreſſa ſententia Ariſtotelis pluribus in locis, & præcipue 3. Ethicorum c. 5. vbi ait *ignorare ex operationibus circa ſingula habitus exiſtere valde ſtupidi hominis eſt.* Et patet experientia, quia datur potentia potens exire in actus varios, & inter ſe pugnantes, quæ potentiæ neque ſunt omnino promptæ vt cum facilitate, & delectatione poſſint elicere actus, ergo debuit à natura conſtitui aliquod quod potentias huiuſmodi promptiores reddat, ſed hoc

Habitus qui

An detur.

hoc non est nisi habitus, qui Intellectû V.G. operando circa aliquod obiectum promptiorem reddit ad illud cognoscendum, & memoriam exercitio perficit: imo augetur facilitas ad similes actus eliciendos, sed ista facilitas, quam certe post varios actus experimur non habetur nisi ab habitu, ergo dari patet habitum.

2 Non est habitus, seu illa facilitas, quam experimur augumentum potētiæ, quia potētia non recipit intentionem vt patet; Neque est remotio impedimenti, quia licet hoc possit dici in manu vel pede &c. cum humor tenerescat tamen non est regula vniuersalis, in Intellectu enim remoto quantumuis impedimento facilior redditur ad operandum quò sunt frequentiores actus. Neque est maior attentio potentiæ quia licet hoc aliquando sit; non tamen semper, nam quamuis operetur attentissime, non est facilis aptitudo in sono V. G. si non acquiritur habitus; itaque ista facilitas seu habitus reperiri potest in potentia indeterminata ad vnum; illa vero quæ est determinata ad vnum, & quæ eodem modo semper se habet, vt V-G. Elementa ad motum, non habent habitum. *Vbi sit habitus.*

3 Certè producitur habitus saltem

Ex actibus generat.

tem instrumentaliter per actus, nam Aristoteles 2. Ethic. c 1. ait ex similibus operationibus fiunt habitus & positis actibus generatur habitus seu facilitas ad similes, & non positis non habetur talis facilitas ergo ab actibus generatur. Et licet Aristoteles 7. Physicorum Tex. 17. Doceat ad habitum non dari per se motum, & mutationem, tamen non sequitur quod habitus non possit fieri ab actibus cum daretur motus secundariò, & per accidens non per se & primario, nam causa cum intendat per se, & directe producere actus, ex ipsis indirecte producitur habitus, qui non producitur media actione distincta realiter; sed solum formaliter distincta, Quamuis habitus possit dici perfectior actu potest tamen esse effectus, nam in instrumentalibus causis, vt in casu nostro imperfectior potest esse causa effectu, nisi velimus dicere actum esse physicæ perfectiorem habitu, etsi ab habitu homines laudentur; sed non aliter quia iam sunt eliciti actus.

4 Etiamsi regulariter loquendo ad productionem habitus requirantur plures actus, vt loquitur Aristoteles 2. Ethic. c. 1. & 2. vt experientia etiam videmus neminem regulariter habere perfectas virtu-

tes

tes acquisitas, nisi post multos illarum actus; tamen aliquando potest generari habitus per vnicum actum qui sit valde, intensior vt sentit Aristoteles loc cit. per particulam *vt plurimum*: & constat etiam quia vnus intentior actus æquiualet multis alijs remissis vt experientia fuit comprobatum per vnum actum intentiorem humilitatis V. G. plures acquisisse eius habitum. Itaque primus actus videtur incohare habitum, & omnes subsequenter augere cum non sit maior ratio cur vnus potius quam alius incipiat producere. Neque requiritur determinatus numerus ad disponendam prius potentiam, & postea ad generandum habitum cum multoties non sint impedimenta in potentia, & ex alia parte gratis fingitur precisus numerus: non enim (vt dixi) est maior ratio de vno quam de altero.

Et ab vno intensiori.

5 Ita intenditur habitus per actus illo intensiores, vt etiam per æquales, & per remissiores actus intendi possit, quia experimur cum maiori attentione, & intentione fieri operationem initio, & deinde paulatim remittimus applicationem & conatum, & tamen sentimus nouam & nouam facilitatem. Neque intensio effectus debet desumi ab intensione causæ, nam licet causa sit re-

Intensio habitus.

remissior, tamen effectus non est vniuersaliter remissior, sed potest esse intensior præcipue in causis æquiuocis, & experientia constat, nam nauis mota vt duo, si accedat causa, quæ non possit mouere vt tria, tamen nauis mouetur, vt tria, ergo non solum æqualis sed & minor intensus actus potest reddere habitum intensiorem, cum concurrant saltem virtualiter causæ videlicet actus anteriores. Intensio hic intelligitur augumentatio habitus, ita vt illa qualitas magis, ac magis inclinet potentiam ad similes actus producendos.

Exemplum

6 Diminutio & corruptio habitus per se formaliter loquendo non habetur a sola cessatione ab actu, quia effectus qui non pendet in conseruari a causa vt sunt habitus qui sunt permanentes qui prouenijt ab actibus qui sunt transeuntes non pereunt pereunte causa, ergo per solam cessationem ab actu non perit habitus quia aliter deberet corrumpi statim cessante actu quod tamen experientiæ repugnat. Et quamuis post certum tempus cessationis ab actu incipiat corrumpi habitus tamen hoc non prouenit formaliter à sola cessatione ab actu, vt dicemus numero sequenti aliter enim totus simul corrumperetur habitus sicut

Diminutio à quo

totus

totus dependeret ab actu. Itaque diminutio & corruptio habitus formaliter habetur ab habitu contrario effectiue vero per actus contrarios quia per illud formaliter minuitur, & tollitur quod est forma sincōpossibilis cum habitu sed habitus contrarius est huiusmodi ergo &c. Per illud vero effectiue minuitur & corrumpitur per quod ponitur id à quò formaliter corrumpitur sed actus contrarij sunt tales vt patet ergo effectiue per actus cōtrarios tollitur. Imò adhoc vt deperdatur debet contrarius habitus esse intensus, quia potentia est capax duorū habituum contrariorum in gradu remisso. Sed etiam si debeant esse oppositi actus non tamen debent esse ita contrarij vt omnibus modis opponantur; quia vt corrumpatur habitus temperantiæ, non sunt necessarij actus intemperantiæ omnino oppositi. Cum enim virtus consistat in mediocritate tam poterit corrumpi per actus, intemperantiæ nimiæ commestionis quam nimiæ abstinentiæ: debet tamen aliquo modo esse actus intemperantiæ, idest circa idem obiectum intemperantiæ, cum V. G. delectetur circa cibum licet non sit nimius excessus, neque maximus defectus.

Formaliter ab habitu contrario.

Effectiue ab actu

Sed interos.

7 Licet vt dixi habitus non possit per se formaliter corrumpi per

ce ssa-

Etiam per cessat onem ab actibus.

cessationem ab actu, tamen occasionaliter, & dispositiue corrumpitur per cessationem ab actu quia hoc modo obruitur, & cum operatio intellectus fiat dependenter a phantasmatibus, quæ recipiuntur in spiritibus qui sunt in cerebro & asseruantur in memoria, facile illi spiritus cum cessamus ab actibus partim consumantur a calore naturali partim incrassantur; ita vt ad motum sint tardiores, partim confunduntur à multiplicitate actuum diuersorum, partim quodammodo sopiuntur; & cum de nouo circa idem obiectum nos exequamur aliquos actus, post paucos valde difficiles experimur facilitatem, quod signum est non fuisse totaliter corruptum habitum sed paulatim quodammodo reuiuiscunt spiritus, & promptiores rrdduntur.

Habitus concurrit ad actũ

8 Sicuti actus causant saltem instrumẽtaliter habitum ita etiam habitus concurrit ad actum, vt cum maiori facilitate producatur. Sic habet Aristoteles 2. Ethic. c. 1. & 6. *Virtutum esse habitum, qui & ipsum, cuius est virtus, bene affectum reddit, & opus eius bonum efficit;*

Virtus quid

sicut patet paritate. Sicut enim ego impotens attollere pondus euado potens si alius concurrat: ita potentia, quæ non potest cum-

tan

tanta facilitate se sola elicere actum potest dum habet habitum; itaque actus ratione habitus est magis connaturalis potentiæ informatæ habitu qui est tanquam virtus influens per se in actum quia si concurrit ad faciliorem elicitionem actus, ergo & concurrit ad substantiam actus, non enim distinguuntur intensio actus & eius substantia, cum intensio sit habere plures gradus; Itaque potentia sola non est causa adæquata actuum facile elicitorũ reduplicando facile, cũm ad facilitatem requiratur habitus. Neque per hoc habitus est vera potentia, quia non est ex se principium sufficiens ad simpliciter operandum, vt est potentia, sed solum dat facilitatem, ergo concurrit vt causa saltem instrumẽtalis.

9 Tametsi habitus non detur in illis, quæ sunt determinata ad vnum idest ad rem, & ad modũ rei sicut est lapis, qui semper de se descendit, & maior est velocitas in fine, quam in principio; tamẽ in potentia, quæ est indeterminata & quæ agit per actionem immanentem regulariter loquẽdo datur habitus; Dixi quæ *agit per actionem immanentem*. quia actus producit habitum, ergo non potest producere illum nisi vbi est actus sed transiens non reperitur in subiecto à quo producitur, nam dicitur ab *Vbi detur habitus.*

 Ari-

[illegible] secundum

[illegible] de q

[illegible] agere, [illegible]

[illegible] probat, [illegible]

[illegible] accip

[illegible]

[illegible] alterab

[illegible]

[illegible] ad

& non hab

[illegible] sunt p

probatur q

[illegible] quod [illegible]

[illegible] ad

[illegible] ad hom

& nō habe

[illegible] confi

respectu ill

[illegible]tur, [illegible]

a Sunt e

in syllogis

[illegible] explicit

fiat indefini

quidam posi

sed non solum

a mi- [illegible] pr. [illegible]

go ſicuti illæ, ita iſtæ
ere hab.tum.
mbris vero externis, & corporis non datur habi- habitus cum ſit compl in- concauſa actuum, debet principium actus, ſed oris, quatenus contradi- entia motiua, non ſunt motus, ſed potius vt in- cipiunt motus, ergo in il- ſt eſſe habitus, ſicuti non n Calamo etiã ſi recipiat t inſtrumentũ. Et quam- vſu acquirãt facilitatem rizzando tamen non eſts membris, ſed in ipſo In- igente per cognitionem vel in phantaſia, vel in ntia interna. In mem- enda eſt diſpoſitio facta, motionem impedimenti, tatem, vel per denſita- am, ſicuti etiam Cytha- dulciorem ſonum, vel or, vel perficitur in figu- perat impedimentum vt iam in alijs, nam aſſue- d venenum non poteſt eno quia recipit tales diſpoſitiuas verſas quaſi Ita aſſueti tempore ri; ſi non purgantur in dunt, & tamen in illis

Non datur in mẽbris.

Aristotele *quæ agunt per actionem extrinsecam non se perficiunt*, ergo in illo non poterit producere habitum in quò non est. Sic habitus dari potest in Intellectu humano, quia ibi per Aristotelem est Sapientia, Scientia, Prudentia, Ars, quæ sunt virtutes adeoque habitus: Item potest esse in voluntate, quæ habet varios actus quos cum difficultate operatur, & postea cum facilitate, ergo est habitus. Item in appetitu sensitiuo hominis, qui diuiditur in irascibilem, & concupiscibilem, quia exercitio actuum mortificantur passiones, ita vt acquiratur facilitas ad obediendum V. G. rationi. Accedit quod Aristoteles dat duas virtutes vniuersales; intellectuales scilicet, & morales, sed virtus moralis est circa appetitum sensitiuum, tam irascibilem versantem circa ardua, quam concupiscibilem versantem circa faciliora, ergo ibi est habitus, quia virtus vt ait Aristoteles consistit potius in habitu quam in actu. Item in potentijs hominis apprehensiuis internis, quæ sunt phantasia, memoria, & æstimatiua, quia exercitio tales potentiæ promptiores redduntur, vt ait Aristoteles de memoria, & reminiscentia c. 3. Adde quia tales potentiæ subiacent imperio voluntatis, sicuti appetitus sen-

Virtutes quot.

sitiuus, ergo sicuti illæ, ita istæ possunt habere habitum.

10 In membris vero externis, & partibus corporis non datur habitus, quia habitus cum sit comprincipium, & concausa actuum, debet poni vbi est principium actus, sed partes corporis, quatenus contradistincta à potentia motiua, non sunt principium motus, sed potius vt instrumēta recipiunt motus, ergo in illis non potest esse habitus, sicuti non potest esse in Calamo etiā si recipiat motū, cum sit instrumentū. Et quamuis artifices vsu acquirāt facilitatem V. G. Citharizzando tamen non ests habitus in membris, sed in ipso Intellectu dirigente per cognitionem practicam, vel in phantasia, vel in in alia potentia interna. In membris concedenda est dispositio facta, vel per remotionem impedimenti, vel per raritatem, vel per densitatem acquisitam, sicuti etiam Cythara vsu edit dulciorem sonum, vel quia fit leuior, vel perficitur in figura, vel superat impedimentum vt contingit etiam in alijs, nam assuetus V. G. ad venenum non potest interfici veneno quia recipit tales qualitates dispositiuas versas quasi in naturam. Ita assueti tempore æstiuo purgari, si non purgantur in morbum incidunt, & tamen in illis

Non datur in mēbris.

casibus non datur habitus nisi laxo modo scilicet tantum dispositio. Sic aliqui motus, qui citissimè, & frequenter fiunt, vt perfricatio barbæ in aliquibus, in alijs motus Tibiarum, non habentur per habitum in membris, sed in intellectu, vel phantasia, licet, quia leuis, non ita facile aduertitur, nullus enim motus fieri potest in animali sine vsu phantasiæ, aliter non esset animalis vt asserunt sine dubio omnes philosophi.

Nullo modo datur in Brutis.

11 In Animalibus irrationalibus probabilius est nullo modo dari habitum. Non in appetitu sensitiuo, quia Bruta nihil appetere possunt, nisi illis propositum fuerit ab imaginatiua, seu Phantasia, quia posita ista necessario operatur tali modo determinato, ergo Bruta sunt determinata ad vnum præsertim cum neque ab extrinseco habeant libertatè sicuti potentia appetitiua hominis, quæ dependet à propria voluntate. Multo minus datur habitus in sensibus Brutorum, nam necessario operantur ad determinationem phantasmatis. Quod vero Equi V. G. recipiant maiorem facilitatem ad saltum, canes ad Venationem, & ad alia similia, hoc non probat habitum, sed remotionem impedimenti, & promptitudinem in potentia, quia habitus non potest esse nisi in poten-

tentijs, quæ possunt facilius, & facilius operari, sed nulla potentia Brutorum est huiusmodi, nam vnaquæque ex eis suscitatis speciebus operatur quantum potest, sicuti concoctio & Nutritio, etiam in homine.

12 Habitus in illis potentijs in quibus datur, non consistit in coordinatione specierum quia post tertium actum experimur aliquam facilitatem, & tamen non experimur maiorem coordinationem cum eadē sit in primo, & in cæteris, ergo &c. Adde etiam quia in speciebus coordinatis, & radicatis Intellectus potest errare in assensu scientifico, cum non habeatur cognitio per species proprias, sed per alienas species adhibito discursu deuenimus ad assensum scientificum, ergo requiritur habitus ad faciliùs operandū bene. *Vbi consistit habitus*

13 Neque ista maior facilitas cōsistit in complexione specierum quia vrget argumentum secūdum suprapositum de errore Intellectus in ista complexione sicuti in coordinatione specierum. Accedit quia in eodē Intellectu ab eadem cōplexione specierū sequi potest actus modo scientificus modo non scientificus si accedat maior, vel minor potentiæ attentio, & valde obscura sit obiecti perceptio.

14 Neque ista maior facilitas potest esse species actuum, quia præter

argumenta supraposita Intellectus non facilitatur, quantum satis est ad constitutionem habitus, per ipsas species obiectorum ordinatas, & confirmatas, vt dictum est, ergo multo minus per species actuum, quia multo minus facilitatur, & determinatur per species alienas, quam per species proprias sed species actuum non sunt species propriȩ obiectorum, sed actuum, ergo non potest per ipsas facilitari, & determinari Intellectus, ergo in illis non potest consistere habitus. Et quamuis ex angumento luminarium augeatur lumen, sicut etiam augetur calor ex pluribus caloribus tamen non additur facilitas, & claritas in speciebus intelligibilibus si obiectum cognoscatur eodem modo confuse per vnam, & per aliam cognitionem, nam aliter cognosceretur distincte obiectum, si duplicaretur species confusa, quod est ridiculum dicere, sicuti esset ridiculum dicere oculum clarius videre, quia videt plura obiecta, quamuis confuse, vel duplici visione confusa. Imo est disparitas respectu oculi, & Intellectus, quia oculus positis speciebus remanet determinatus, non vero Intellectus, quia etiam si Intellectus sit potentia necessaria circa verum tamen cum possit in modo

Disparitas.

modo exercendi habere majorem, vel minorem facilitatem, ablatis omnibus impedimentis, est capax habitus, qui potest reperiri in potẽtijs nõ omnino determinatis ad prõptitudinem, & facilitatem, sicut i est determinatus oculus ad videndum, & Calor innatus ad concoquendum, ergo in istis non potest dari habitus.

15 Itaq; habitus scientificus præter species inuoluit qualitatẽ quamdam in Intellectu, à qua potentia cum maioribus impedimentis, & paucioribus adiumentis facilitatur ad assensum scientificum. Quia talis qualitas dat facilitatem in operãdo sed species seu coordinatæ, seu radicatæ quæq; sint non dant totam istam facilitatem, vt patet in prudentia, quæ versatur circa actus singulares hic, & nunc exercendos, habitus enim prudentiæ potest versari circa aliquod obiectum quod antea incognitum fuerit, & circa valde nouas circumstantias, quarum non habeamus species, neque coordinatas neque confirmatas, & tamen in istis circumstantijs habitus Prudentiæ præscribit quid sit agendum, alioter non esset habitus prudentiæ, ergo non sunt species coordinatæ quomodocumque, sed est qualitas supra species. Et quando dicit Aristoteles

Consist i in qual tate.

tertio de Anima præcipue Tex. 15. speculatiuam scientiam esse idem cum obiecto scibili intelligitur de specie expressa non impressa quatenus scilicet actus scientiæ est similitudo ipsius obiecti; vt explicat Tex. 19.

16 In tantum habitus potest dare faciliter posse licet species, & actus à quibus habitus emanat hoc non possint prestare formaliter, sed tantum virtualiter; in quantum species dant simpliciter posse ideoque habitus dat faciliter posse, si vero non sit habitus, obiectum potest clarius apparere posita specie sed cum maiori aduertentia, & applicatione potentiæ. Et hinc fit etiam quod habitus scientificus simpliciter non consistit in speciebus, cum habitus generetur ab actibus ad quos species prærequiruntur ergo non possunt esse ipsæ species, quæ incomplexe scilicet respectu terminorum V. G. species hominis rationalis hinnibilis &c. Sunt indifferentes ad quamlibet connexionem ergo sunt *Species habitus* indifferentes ad actum scientificum ideoque species dicuntur potius habitus incohatiue, seu originatiue, & fundamentaliter sic intelligendus est S. Thomas, quando dicit habitum esse species.

17 Species sunt simulacra obie-

ctis, quæ cum potentia vniuntur ad producendos actus qui est cognitio & expressio vitalis obiecti. Tunc a potentia exprimitur talis cognitio cum obiectum imprimat species in sensibus externis ab ipsis transmittũtur ad sensum internum communem adphãtasiam ad Memoratiuam,& dũ ipsæ potentiæ internæ operantur phantasmata, intellectus vt potentia spiritualis, vel depurat illa vel format sibi alias species similes illis, & postea recipit, sed in quantum format seu depurat dicitur agens, in quantum recipit dicitur passibilis, seu possibilis & sic constituitur in actu primo actus Intelligendi. Si Intellectus apprehendat clare terminos, & illos coniungat V. G. risum, & hominem & experientia probata, & ex inductione faciat conceptum vniuersalem, tunc datur habitus primorum principiorum. Itaque Intellectus assentitur primis principijs ex clara connexione terminorum inter se, at ex inductione, & alijs cognitionibus sensitiuis quæ præcedunt iuuatur Intellectus, ergo potest augeri facilitas in assentiendo illis principijs mediante habitu.

Habitus primorum principiorum.

18 Ex his patet dari habitum primorum principiorum in Intellectu distinctũ ab habitu scientiæ quæ originem ducit ex habitu primorum prin-

Diuersus ab habitu scientiæ

principiorum, & etiam ipse Aristoteles distinguit: nam enumerando habitus ponit inter illos habitus primorum principiorum sub nomine Intellectus, qui non potest sumi pro potentia intellectiua quæ cum sit circa falsum interdum, & non dicat formaliter faciliter posse sed tantum simpliciter ideo non dicitur habitus potentia ipsa ergo bene ab omnibus interpretatur *Intellectus* pro habitu primorum principiorum qui licet habeatur ex clara terminorum perceptione, a seoque sine difficultate, tamen cum possit augeri facilitas, potest esse habitus. Quinimmo habitus principiorum alicuius scientiæ distinguitur ab habitu eiusdem scientiæ, quia posito præcise assensu præmissarum Intellectus est adhuc indeterminatus ad assensum conclusionis quæ continet iudicium, & consequentis, & consequentiæ, ita vt debeat aduertere an termini in conclusione, & præmissis sint ijdem, & idem medium, quod sit ratio coniungendi illos terminos, & an sit bona forma &c. ergo est distinctus habitus primorum principiorum ab habitu scientiæ, quæ est conclusionis. Verum quidem est, vt dicit Vasq. quod positis præmissis necessitatur Intellectus ad conclusionem, sicuti etiam nos posuimus

mus supra, si sint cætera requisita, scilicet debita aduertentia, de bonitate illationis, de identitate Terminorum in præmissis, & cõclusione: de connexione cum medio termino &c. tamẽ ponitur habitus ad supplendum defectum prærequisitorum.


19 Adde quod habitus principiorum inclinat ad cognoscendas veritates immediatas, & per modum simplicis intuitus, & non est discursiuus sed habitus scientiæ est discursiuus habitus ex demonstrationibus; ideoque non omnimode habitus principiorum est facilitas ad assensum conclusionis idest ad habitum scientiæ, & sic patet dari posse habitum principiorum in præmissis sine habitu scientiæ, idest sine assensu conclusionis, non posita debita aduertentia omnium requisitorum sicuti potest dari secunda operatio sine tertia licet aliquo modo ad eam iuuat. Quando autem Aristoteles dicit sapientiam, idest Metaphysicam esse simul scientiam, & Intellectum non loquitur de identitate formali, sed reali, quatenus illius officium est probare veritatem principiorum, vel à posteriori, vel per impossibile; talis identitas realis coniuncta cum distinctione formali sufficit ad optimam distinctionem Nota

H 6 ha-

habituum sicuti optime distinguitur quantitas continua in lineam & superficiem & tamen superfices componitur ex lineis.

Vnitas scientiæ a quo habetur.

26. In vna scientia plura reperiuntur, attamen vnitas desumenda est ab vna eademque abstractione supra materiam singularem, seu ab vna cognoscibilitate obiectiua, quia scientiæ diuiduntur per diuersitatem obiecti formalis seu in esse cognoscibilis. ergo vbi est eadem cognoscibilitas, est eadem scientia sed ab eadem abstractione desumitur eadem cognoscibilitas ergo ab eadem abstractione desumitur vnitas scientiæ totalis; ita fatetur Aristoteles pluribus in locis, sed præcipue secundo Physicorum Tex. 18. aiens differre geometriam à physica etiam si vtraque agat de solidis & planis, quia Physicus agit de istis vt entia sensibilia, geometra vt entia quanta.



CEN-

CENTILOQ. XXIX.

De Diuisione scientiarum vbi de subalternante, & subalternata.

1 CVm ex supradictis constet vnitatem scientiæ totalis haberi ab vna propria cognoscibilitate, & ab vna propria abstractione. Certum est etiam dari tres scientias totales principaliores. Scilicet Physicam quæ abstrahit a materia signata, sed neque re neque ratione a sensibilitate, & illam consideret Mathematicam, quæ abstrahit à materia signata sed non abstrahit re, sed tantum ratione a sensibilitate, quia considerat quantitatem, quæ est realiter coniuncta cum sensibilitate: & Metaphysicam, quæ abstrahit a materia signata quin etiam & re, & ratione a sensibilitate considerando ens quod includit materialia & spiritualia, quæ sunt realiter separata a sensibilitate, vt Angelus. Istæ sunt vere abstractiones correspondentes proprijs obiectis formalibus nam abstractio non sumitur quatenus actus mere intelle-

Scietia quot.

Ipsarũ abstractio.

ctus, sed obiectiue. Ad propriam abstractionem sequitur propria definitio vnitas principiorum passionum vnitas in modo procedendi, & sic in Physica V.G. omnes definitiones Physicæ, omnes Demonstrationes omnia principia &c. pertinẽt ad vnam scientiam Physicam totalem, quia sunt de obiecto cognoscibili per medium inuoluens materiam sensibilem, quæ a Physica propriè consideratur. Idem dic de Mathemat. quæ considerat ens, vt quantum & de Methaphysica, quæ versatur circa ens vt intelligibile. Itaque scientia totalis intelligitur *connexio omnium scibilium spectantium ad eamdem rationem formalem* ad eundem modum definiendi, & procedendi, & vno verbo *ad vnam eandemque abstractionem*; & sic vnitas scientiæ desumitur ab vnitate obiecti formalis tanquam à prima radice quia immediatum specificatiuum habitus sunt actus, sed actus per Aristotelem distinguntur per obiecta ideo prima radix vnitatis scientiæ est vnitas obiecti formalis, vt docet Aristoteles primo Poster. Tex. 43. aiens *vna scientia est quæ est vnius generis*, idest vnius obiecti quod continet sub se sicut genus plures species, idest plura obiecta partialia; sed non sufficit vnitas obiecti materialis,

Sciẽtia totalis.

Vnitas scientiæ.

lis, quia vnum ens materialiter ſpectat ad plures ſcientias ergo debet eſſe vnum obiectum in ratione ſcibilis, ſeu vnum formaliter quod deſumitur ab vnitate abſtrahendi, ſeu procedendi vt dictum eſt.

2 Neque audiendus eſt Mirandulanus, & aliquis alius aiens quod ſi vnitas abſtractionis tribuit vnitatem ſcientiæ totali, dabitur vna ſcientia totalis communis, quæ deinde diuiditur in tres cum iſtæ conueniant in vna ratione communi abſtractionis à materia ſignata. *Obiect.* Primo quia nimis probat nam hoc modo deberet conſtitui vnus habitus qui reſpiceret omnia intelligibilia; vna opinio cõmunis ad omnia opinabilia, & tamen à nullo admittitur. *Solut.* 1 Secundo quia illa ſcientia communis non habet vera, & propria principia neque veras paſſiones diſtinctas à paſſionibus aliarum ſcientiarum ideoque non diſtinguitur fundamentaliter ab illis, formaliter vero conſlat per aggregatum vnam phyloſophiam ſpeculatiuam; Sed eſt conuenientia nominalis ſine conuenientia totali in re. Aſſignent quæſo Aduerſarij ſi poſſunt aliquod principium proprium talis ſcientiæ communis quod non pertineat ad vnum ex tribus ſcientijs. Ad inſtantiam de ſenſu communi diſtin- 2.

ctio

cto ab alijs sensibus particularibus quatenus conueniunt in vna ratione sensibilis dico non aequaliter inferri scibilia facere vnam scientiam communem, nam ratio communis scibilis non habet vt dixi principia & passiones proprias distinctas ab illis tribus scientijs. At sensus communis habet diuersam cognoscibilitatem à sensibus externis nam dat Iudicium de diuersitate quod non pertinet ad sensum externum, neque est munus hoc solum Intellectus, vt in homine nam Canis mouetur ab albedine lactis, non vero ab albedine niuis.

Disparitas

3 Quia vna scientia potest habere idem obiectum materiale cum altera sicuti Medicina, & Physica: Logica, & animastica &c. eadem principia in quantũ principia caeterarũ scientiarum probantur à posteriori & per reductionem ad impossibile per principia Metaphysicae; Et quia vnus finis subalternatur alteri sicuti instrumentalis ad principalis ideo dantur scientiae subordinatae, seu subalternatae quae in sententia Aristotelis constituuntur per ista tria. Primo vt subalternata, & subalternans sint de eodem subiecto essentialiter sed accidentaliter diuerso nam primo Posteriorum saepe vt Tex. 58. & 59. & 100.

Scientia subalternata.

Requisita

100. & 101. ait subalternantis, & subalternatæ esse simpliciter idem subiectum, sed aliquo modo distinctum idest *alterum non aliud*, hoc est diuersum accidentaliter non essentialiter, vti in Arithmetica, & in Musica numerus est obiectum essentialiter, vtriusque; sed in Musica est coniunctus cum ratione sonori, ità vt illud accidentaliter, .s. sonoritas in Musica, neque se habeat vt principium formale passionis, neq; vt ratio formalis obiecti, sed solum vt conditio, ideoque accidentaliter distinguuntur.

4 Secundo vt habeant easdem principia quia non licet transire de genere in genus, sed licet transire à subalternata ad subalternantem, ut Arist. p. Post. Tex, 60. & 69, quia non est proprie transire de genere in genus cum in vtraque scientia sit idem subiectum, & idem medium; subalternata enim probans à posteriori dicitur scire ipsum quod, & subalternans propter quid, ergo cum sit idem medium, etiam idem principium in vtraque.

5 Tertio vt habeant easdem passiones, quia loc. cit. Aristoteles ait quod si passiones, quæ demonstrantur per se à subalternante, non conuenirent obiecto subalternæ, daretur scientia de aggregato per acci- 3]

dens

dens, quia essent diuersa obiecta essétialiter vt patet, & scientia subalternata si haberet proprias passiones, haberet illas, vt prouenientes à subiecto cum tali accidente V. G. si musica haberet proprias passiones diuersas ab arithmetica; certe prouenirent à numero sonoro, ergo ab aggregato per accidens, ergo de aggregato per accidēs daretur scientia. Sed vt vidimus, non habent nisi vnum obiectum comune, ergo etiam communes passiones subalternantis, & subalternatæ.

6 Ista tria vnico intuitu efficaciter probantur ex ipso nomine subalternationis, quod significat pendere ab alia in sua certitudine, & euidētia sed non potest pendere in euidentia nisi ab illa accipiat sua principia, nec potest accipere principia nisi habeat idē obiectū formale, cum principia non æq; primo possint conuenire duobus obiectis essētialiter diuersis in ratione scibilis; vel in ratione abstractionis. At si sunt eadem principia, & idem obiectum, debent esse etiam eædem passiones, vt manifeste est cū passio proueniat ab essentia; itaque vbi est eadem essentia, est eadem passio, ergo ista tria requiruntur ad hoc vt scientiæ inter se sint subalternatæ, & subalternantes.

Nō subalternationis.

Imo

7 Imo loquendo proprie, & in rigore non potest esse in aliquo proprie scientia subalternata nisi sit aliquo modo in illo subalternans, quia subalternata debet scire proprias conclusiones, ergo ad istas cognoscendas requiruntur principia, ergo est subalternans, quia subalternans se habet vt habitus principiorum respectu subalternatæ. Et hinc fit, quod Theologia, non est subalternata scientiæ visionis Beatorum, quia Intellectus humanus viatoris debet esse certus conclusionis Theologicæ loquendo de scientia subalternata secundum omnia requisita, sed à scientia visionis Beatorum non potest habere talem certitudinem, ergo illi non subalternatur; sicuti potest dici subalternari Methaphysicæ, sicuti medicina subalternatur Physicæ, secundum illam partem quæ tangit Elementa; Sic Chimica eidem Physicæ subalternatur secundum illam partem, quæ tangit impressiones Metheorologicas, &c.

An subalternans sine subalternata.

Theologia cui subalternatur.

Cum dictum sit tres esse præcipuas scientias Physicam scilicet Methaphysicam, & Mathematicam Relicta Mathematica cuius multa Deo fauente proprio alio Centiloq. explicabimus, restat explicare Physicam, & Methaphysicam, sed prius de physica ideo sit.

CEN-

CNTILOQ. XXX.

De Physicæ Proemialibus.

1 ANte omnia prolegomena tractantur, vt quid Physica sit dignoscatur, per naturam enim generis & per obiectum Differentiam, adeoque eius essentiam percipimus. Quantum ad Physicæ naturam pertinet certum apud omnes auctores firmatum est quod sit scientia speculatiua: Ita etiam Aristoteles 6. Methaph. Tex. 2, numerat inter alias duas scientias speculatiuas Mathem. scilicet Theologiam idest Meth. ipsammet scientiam naturalem, idest Physicam. Et iure optimo, quia Physica est gratia sui, & habet obiectum necessarium, ac æternum quæ sunt duo requisita ad scientiam speculatiuam Demonstrantem passiones de proprio obiecto vt 6. Ethicorum cap. 3. Et licet videatur tendere ad suum opus, idest ad speculationem, & ex illa etiam ad aliud V. G. ex cognoscibilitate Physica potest prouenire aliquando amor erga Creatorem. Tamen non tendit ad opus practico modo, cum sistat in sua speculatione, ex qua primo, & per se nihil aliud intenditur; sed

Physica scientia speculatiua.

Requisita.

sed solum potest prouenire aliquod indirecte, sed ex primaria intensione practicæ primo, & per se intenditur opus, & nō sistit in sola cognoscibilitate, & speculatione, vt facit Physica.

2 Quamuis corruptibilitas competat suo obiecto, tamen non versatur circa corruptibile, vt corruptibile, cū idcirca quod versatur sit corruptibile secundum existentiam, non vero secūdū essentiam, secundū quam ipsa met corruptibilitas est incorruptibilis; & sic erit obiectum eius æternum, ad quod certe competit corruptibilitas secundum existentiam, non secundū essentiam, vt dixi & Physica considerat essentiam, non existentiam, à qua etiam præscindit considerando sensibilitatem, & sic eius obiectū est æternum. Neque vrget dictum Arist. de Somno, & Vigilia cap. p. *eius scilicet esse potentiam cuius est actus*, nam loquitur de potentia completa per existentiam, qualis potentia non est obiectum secundum essentiam respectu corruptionis, quæ requirit etiam existentiam, quæ licet secundum actualitatem sit corruptibilis, secundum prædicata essentialia incorruptibilis est.

3 Quantum vero pertinet ad eius obiectum adæquatum, non sumendo nomen Physicæ solum pro octo libris de Physico auditu, sed etiam om- *Obiect. physica Adæquatam,*

omnes alios ad naturam pertinentes, certe sunt entia naturalia sensibilia, Vltimatum, entia completa substantialia sensibilia. Non vltimatũ entia naturalia sensibilia incõpleta; ordinata ad cõpleta; Omnia ista stant sub abstractione Physica, quæ neque rè neque ratione abstrahit a sensibilitate sed solum abstrahit à materia signata, & considerat sensibilitatem, ergo omnia sensibilia participant rationem obiecti adequati Physicæ, aliter non esset contenta, & Philosophandum est hic sicuti de dirigibilitate in Logica. Centiloq. 3.

Vltimatum. *Non vltimatũ*

Vt Quo *vt quod*

4 Sensibilitas vt *quò*, quæ competit accidentibus, & vt *quod*, quæ enti completo substantiali, non tollit participationem obiecti adequati, sicuti neque esse in ordine ad aliud, vt pariter competit Accidentibus materiæ, & formæ, vt patet in Medicina, Mathem & Meth. in quarum obiectum adequatũ ingrediuntur, quæ sunt in ordine ad aliud. Medicina enim considerat sanitatem brachij V. G. licet sanitas brachij ordinetur ad sanitatem totius, sic Mathematica considerat lineam, quæ ordinatur ad superficiem, & hanc, quæ ordinatur ad corpus habens trinam dimentionem. pariter Meth. considerat creaturas ordinatas ad Deum. Esse enim ordinatum ad a-

liud

liud in eadem ſcientia tollit rationem obiecti vltimati, ſed non tollit rationem obiecti non vltimati, quod ingreditur rationem obiecti adæquati. Imo quod eſt ſenſibile vt *Quò* ſi attente conſideretur eſt etiam ſenſibile vt quod ſicuti ſanitas bracchij, & eſt vt Quò totum corpus ſanetur & etiam eſt ſanabile, vt *Quod* in ſe; Etiam ſi ſub illa ratione ſub quà eſt vt *Quò*, non ſit vt *Quod* ſicuti ſub illa ratione ſub qua aliquod eſt inſtrumentum, non ſit obiectum, licet poſſit eſſe obiectum ſub aliqua ratione, vt patet in freno, quod cum ſit inſtrumentum reſpectu Equeſtris prò regimine Equi, non poteſt eſſe eius obiectum, licet ſit obiectum frenifactoriæ, ergo aliquod, quod ſe habet vt Quò, poteſt etiam ſe habere vt Quod.


Exemplum.

5 Hinc fit quod omne, quod eſt ſenſibile, ingreditur rationem obiecti adæquati Phyſicæ quocumque nomine appelletur, ſiue corpus naturale, ſiue compoſitum ſubſtantiale, ſiue ens naturale ſenſibile, &c. quæ in idem recidunt, nam non quæſtionamus de nomine, Platonis conſilio aientis, *Si verba vbi opus eſt contenderemus, ditiores eſſemus rebus*. Sed non bene aſſignatur obiectum ſub nomine ſubſtantiæ naturalis, nam datur aliquod vt Angelus, qui eſt

Subſtantia naturalis.

Obiect. Communitatis. est substantia naturalis, & tamen non est sensibilis, ideoque non stat sub abstratione Physica, & per consequens neque participans rationem obiecti adæquati Physicæ, sed solum potest participare rationem obiecti communitatis, quod constituitur per omnia illa, quæ quomodocumque tractantur in Physica. sicuti diximus Centiloq. 3 quod omnino est videndum, sicuti etiam Centiloq. 28. vbi examinatæ sunt abstractiones propriæ scientiarum, adeoque statuimus etiam de ipsa Physica, ex cuius natura, & obiecto explicatis habetur notitia quod sit *scientia speculatiua versans circa ens sensibile*.

Hæc quæ ad eius cognitionem pertinent: modo quæ ab ipsa tractantur prò cognitione entis naturalis sensibilis; ideo.



CEN-

CENTILOQ. XXXI.

De Principijs in Comuni.

1 A Nullo in dubium reuocatur & infra etiam ex Aristotele constabit dari principia, quæ quatenus sumuntur in amplissima significatione potest intelligi pro omni eo quod est prius alio, & aliud est post ipsum, licet nulla sit inter ea connexio, sic est Aurora respectu Diei. Quatenus vero sumitur magis Philosophicè, vt inter ipsum, quod est prius alio, & id quod principiatur intercedat aliqua connexio ab Aristotele describitur 5. Meth. Tex. p. *Principium esse primum vnde aliquid aut est, aut fit; aut cognoscitur* intelligendo *primum* siue positiuum, siue negatiuum, & non requiritur quod sit primum in omni genere: per particulam *Vnde*, explicat quamcumque connexionem per se: per particulam *fit* explicatur dependentia in fieri, per particulam *est*, dependentia in facto esse per particulam *cognoscitur*, explicatur cognitio alicuius, quæ sequitur ab alia cognitione: per triplicatam particulam, *aut* ita includitur vnum

Principia latissime.

strictius

membrum, vt non excludatur aliud; iuxta quam Desinitionem tradidit aliam S. Thomas prima parte quæst. 33. art. p. principium esse *id à quo aliquod procedit quocumque modo*, atque sic intelliguntur tam principia intrinseca, & componentia, quam extrinseca.

Prioritas in Diuinis

2 Quamuis in Diuinis Pater non habeat prioritatem, neque temporis, neque naturæ respectu filij, tamen habet prioritatem originis, vt loquitur Scotus in primo dist. 28. q. 4. seu ordinem originis, vt ait S. Thomas vitans illam vocem *prioritatis*, seu Prioritatem in ordine naturalis enumarationis, vt dicit Fonseca 5. Meth. cap. p. q. 3. sec. 3. quæ in idem recidunt, ergo semper stat quod principium, vt definitum in supradicta desinitione, habeat aliquam prioritatem, & sic Pater in Diuinis potest dici principium Trinitatis.

3 Ista principia, quæ habent aliquam connexionem cum suis principiatis, aliqua sunt, quæ habent veram causalitatem, & sic talia principia sunt causæ; alia quæ dant esse per connexionem necessariam, & ista non sunt semper causæ; ideoque licet causa sit principium, tamen principium, non est semper causa, cum sit magis latepatens principium,

quod

quòd differt etiam a causa per correlatiuum, nam correlatiuum causæ est esse causatum; correlatiuum principij est id quod à principio procedit, vt est in Diuinis in quibus non non æque bene dicitur filius principiatus, multo minus in rigore causatus licet in latiori significatione vt vsurpatur à PP. Græcis, potest dici dummodo non intelligatur inuoluere dependentiam; Et per hoc debet excludi à Diuinis verbum *Initium*, vt ait Vasq. prima parte disp. 139. cap. 1. & non potest dici pater est initium Filij, nam, & si significet id, à quo est aliud vt principium tamen significat inceptionem rei, & primum istans durationis in quo res incipit esse, at Filius in Diuinis nunquam incepit de nouo.

Principium in Diuinis

Initiũ quod importat.

4 Certe agitur hic ab Aristotele per se de principijs tam causalitatis, quam communitatis, sed primario de principijs causalitatis, vt patet ex Tex. 57. vbi habetur acturum de principijs, quæ sunt in omni mutatione, ergo de principijs, tam causalitatis, quam communitatis. Et comprobatur; quia agitur per se de principijs obiecti Physicæ, sed hoc non est tantum compositum substantiale, verum etiam accidentale, licet vltimatum sit substantiale, ergo de omnibus agitur. Sicut etiam agi-

Principia in rigore.

tur per se de principijs tam in fieri, quam in facto esse, nam Tex. 42. ait *Principia esse, quæ neque ex alijs, neque ex alteruitris, & ex his omnia fiunt*, ergo agitur de principijs, ex quibus res naturales constant, tam in fieri, quam in facto esse, cum prædicta Definitio omnibus applicetur, vt infra videbimus. Clarior habetur probatio ex Tex. 64. vbi dicitur **Omne quod fit compositum est quod conuenit potius rei, quam mutationi**. Ex quo patet quod etiam saltem secundario agitur de principijs ipsius mutationis, Primario tamen de principijs rei in fieri, & in facto esse, vt est compositum.

Principium per se quid importet

5 Quamuis Aristoteles agat de principijs per se, & Priuatio non sit principium per se rei, sed solius generationis, tamen nō agit de principijs generationis primario, sed rei, quia nomine principii per se non intelligitur tantum quod componit, sed quod necessariò requiritur. Priuatio enim non est principium in facto esse, sed in fieri, cuius est principium per se vt melius infra, vel vt Conimb. interpretantur Tex. 75. aientes *ens fieri ex non ente per accidens*, hoc est ex materia, cui accidit non ens. Et quia principia inuestigantur per Generationem, ideo principia corruptibilium,

Principia tantum Generabilium.

vt

vt obiecti notioris hic inuestigantur.
6 Ita sunt nota prima principia Physica essendi, vt non possint probari à priori, nam non habentur alia principia priora, per quæ probentur, aliter non essent prima, & neque habent priores causas, vel si habent excedunt latitudinem obiecti Physicæ, ideoque ad ipsam non pertinent, ergo à Physica non possunt probari a priori; possunt tamen à posteriori, quoniam motus, generatio, corruptio, & omnis mutatio naturalis est medium Physicũ, sed per illud possunt probari materia, forma, & Priuatio, vt probata sunt ab Aristotele, ergo à posteriori possunt probari. Neque valet dicere compositum est finis principiorum, ergo per ipsum, sicuti tãquam per causam finalem possunt à priori probari principia resoluendo illud in partes. Quia compositum actu existens non est finis principiorum, sed effectus, fit enim ex illis tamquam ex partibus. Compositum vero possibile, & præscindens ab existentia est finis principiorum, sed ex composito possibili non potest probari dari de facto actu principia, sed tantum esse possibilia. At per resolutionem compositi actu existentis probantur. Principia tantum à posteriori, cum sit effectus, non

finis, & probatio per effectum est à posteriori, vt facit Aristoteles probando non tantum dari principia, sed etiam probando numerum supponens Tex. 6. dari aliquod principium. Et licet materia habeat causam efficientem, quæ est Deus tamen quia est agens liberum, & creans illam ex nihilo, non potest ex eo probari, cum excedat latitudinem Physicæ, quæ non cognoscit Deum vt Creatorem, & liberum.

Principia incomplexa.

7 Si negentur omnia principia, neque principia complexa, neque incomplexa possunt à Physica probari; nam principia incomplexa physica sunt accidentia sensibilia, proprietates, effectus, & mutatio, sed istis nihil est notius in Physica, ergo non possunt per aliud probari: possunt tamen per ista probari eorum causæ, quibus deinde cognitis regredi possumus ad probanda principia per suas causas. Principia vero complexa sunt propositiones quædam primæ, & immediatæ in aliqua scientia per se notæ, & indemonstrabiles à priori, ergo Physicæ illæ propositiones, non possunt à Physica probari. Verum quidem est quod Aristoteles 4. Meth. Tex. 10. probat principia complexa Meth. tamen si nihil omnino ab Aduersarijs admittatur, non possunt

Principia Complexa.

pro-

probari, vt possunt si aliquid admittatur vt ibi Aristoteles docet aiens *quod si nihil dicat, ridiculum est querere rationem ad eum, qui nullius habet rationem*, ergo etiam in Physica si negantur omnia, quæ spectant ad Physicam non erit medium ad conuincendum proteruum. Hinc fit principia non posse probari à priori, sed à posteriori, & sic illud dictum *contra negantes Principia non est disputandum*; intelligitur de principijs cognoscendi, non vero essendi, nam si non negantur principia cognoscendi per ipsa possunt probari principia essendi, quod idē est ac dicere posse probari à posteriori; Et quando dicitur ita se habere res ad esse sicuti ad cognosci, intelligitur de habitutidine obiectiua, non de claritate in cognitione, ideoque clarior cognitio est versans circa passiones, & effectus sensibiles ex quibus possunt probari principia complexa.

8 Numerum principiorum incōplexorū essendi reiū naturalium corruptibilium certum est in fieri esse tria Materiam scilicet, formam, & Priuationem, ita Aristoteles hic Tex. 48. Principia enim non sunt tantum vnum, cum sint contraria, ergo plura, sed non infinita, ad hoc vt res naturales sint scibiles, ergo *tria in fieri.*

sunt finita, at plura duobus nam cum sint contraria, forma scilicet, & Priuatio, vnum contrarium non potest recipere actionem alterius contrarij, ergo requiritur vnum subiectum receptiuum actionum contrariorum, hoc subiectum est Materia, quæ sola sufficit, ergo non sunt plura tribus. Quod confirmatur ex conceptu trāsitus in quo tria tantum concurrunt essentialiter subiectum scilicet transiens, quod est materia, Terminus à quo qui est priuatio, & terminus ad quem, quæ est forma vt explicatur ab Aristotele in mutatione accidentali, dicendo ex Immusico fieri Musicum, & apparet etiam in mutatione essentiali, quando ex ligno fit ignis. Et quando dicitur ex nigro fit album intelligitur nigrum non vt positiuum, sed vt habens etiam priuationem albi.

Duo in facto esse.

9 A constitutione rei in facto esse excluditur priuatio, cum vnumquodque compositum resoluatur, adeoque componatur ex materia, & forma quæ duo constituunt conceptum definitiuum: Priuatio enim intantum est principium, in quantum res transit à priuatione ad formam, sed in facto esse non transit subiectum ad formam, cum illam habeat, ergo bene priuatio excluditur à compositione rei in facto esse.

Et

Et quamuis Priuatio dicat capacitatem materiæ in obliquo, & materia dicat in obliquo formam, cuius est receptiua, & ad quam habet potentiam, adhuc tamen est bona diuisio, nam formaliter sunt tria diuersa Principia, cum sint diuersi modi principiandi, scilicet vt subiectum, vt terminus à quo, & vt terminus ad quem qui est forma non compositum, ipsum enim potius est effectus in facto esse, & finis in statu possibili. *Distinctio Principiorũ*

10 Cum neque priuatio formæ expellendæ, neque forma, quæ expellitur sint de conceptu formali transitus (sicuti est priuatio formæ introducenda, & ipsa forma, quæ introducitur) ideo illa non possunt dici principia; sicuti non bene dicitur quod forma habeat priuationem materiæ, cum nunquam possit reperiri forma materialis naturaliter sine materia, sed recte potest dici quod materia habet priuationem formæ, Materia enim præexistit formæ, & habet illius carentiam; & sic priuatio formæ inadequate est intrinseca rei in fieri, quatenus debet præcedere in materia, quæ est per se intrinseca rei, quam immediate componit. Optime igitur Priuatio enumeratur inter Principia, quorum Definitio Aristotelica hic Tex. *materia habet priuationem formæ non e cõtra.*

42. est, *Quæ non fiunt ex alijs, neque ex alterutris, & ex illis omnia* intelligendo particulam *Ex* semper significare eodem modo habitudinem partis componentis, ita vt sit sensus. Principia sunt illa, Quæ non fiunt ex alijs, neque ex alterutris in eo genere, in quo sunt Principia; & ex his simul sumptis sunt omnia, tamquam ex elementis, vel permanentibus vt materia, & forma, vel transeunte vt Priuatio. Hoc enim modo ex vna parte explicatur, quod sint prima intrinseca rerum naturalium principia, quæ ab Aristotele pluribus in locis, sed præcipue 12. Meth. c. 4. appellantur elementa. Ex alia parte saluatur quod non sint principia tantum generationis sed ipsarum rerum naturalium saltem corruptibilium, vt magis sensibilium pertinentium ad obiectum Physicæ, quorũ principia inuestigantur, & per hoc excluditur etiam quod non sint principia compositi priuatiui, vtpote non proprie obiectum Physicum.

Particula Ex quomodo intelligitur.

11 Saluatur etiam hoc modo omnis æquiuocatio Nisi eodem modo acciperetur particula ex cuius habitudo etiam assignatur addendo quod particula ex significat habitudinem partis componentis, vel permanentis, vel transeuntis – Ita hæc defi-

Habitudo.

definitio est optima respectu omnium Principiorum simul sumptorũ, vt non possit conuenire vnicuique principio particulari seorsim sumpto, V. G. formæ Equi, nam ex illa non fiunt omnes res naturales sicut omnia fiunt ex principijs simul sumptis. Sic compositum in communi habet tria principia in communi, compositum vero particulare habet tria principia propria, & aliud alia quamuis eadem res possit habere plura propria prima Principia, etiam alia non prima. Vnioni non conuenit ratio principij, cum sit ex alijs tãquam ex partibus componentibus, vel est ratio principiandi non vt principium cum se habeat vt quò non vt quod, sic etiam subsistentia non componit, sed integrat, imo ipsa materia, & forma principiant, non tantum vt partes substantiales, sed vt subsistentes: Idem dic de conditione, quæ non potest dici principium, cum non omnia fiant ex Conditione, cum multoties non requiratur, & quando requiritur non explicatur per *ex*, sed per particulam *sine*, quæ non ingreditur conceptum formalem motus.

12. Cum ista tria principia vnica definitione definiantur, non secundum entitates, sed formaliter, & secundum rationem principij, certe *Conueniunt Analogicè.*

te debent conuenire inter se aliquo modo, sed non aliter, quam Analogicè, & analogia proportionis etiam imperfectæ. Quoniam non conueniunt Vniuoce, cum vniuoca non prædicentur de inferioribus secundum proprias eorum differentias quod conuenit analogis, quibus est ratio conueniendi, & differendi vt accidit in Principijs, forma enim vt forma differens à materia, & Priuatione, vt Principium, est certè primum Principium, & sic de alijs. Neque conueniunt tantum Equiuoce, nam in Equiuocis variatur conceptus formalis, cum fiat prædicatio de æquiuocatis, diuersus enim conceptus formalis est quando prædicatur Canis de sydere, ac quando prædicatur de pisce, vt patet. Sed quando prædicatur ratio principij de singulis, non fit conceptus omnino diuersus concipiendo esse id, quod neque est ex alterutris, sed ex hoc simul cum alijs duobus (licet non eodem modo), omnia fiunt, ergo analogice conueniunt; præsertim cum simpliciter vocentur omnia tria nomine principij, æquiuoca vero non possunt dici simpliciter tali nomine V. G. homo pictus, & verus non possunt vocari simpliciter homines.

Nō Vniuoce.

Non æquiuoce

13. Conueniunt Analogia imperfe-

fecta proportionis, quia potest dici sicuti Materia est id quod non fit ex alijs neque ex alterutris, & ex ea simul cum alijs duobus fiunt omnia, ita etiam potest dici de forma, & de priuatione; sed quia Analoga proportionis non habent, vnam numero formam, vt non habent Cor, & punctum: ista vero habent vnam, quasi formam, & principale, scilicet id quod priuatio dicit idest materiam, quæ in obliquo dicit etiam formam, quatenus ad eam habet potentiam, ideo non conueniunt Analogia tantum perfecta proportionis, Ratio vero communis Analogica in istis tribus Principijs est *Esse id à quò pendet principiatum intrinsece, vt à priori*, In qua ratione partim discoueniunt; cum materia sit ex qua fiunt omnia, vt ex subiecto, forma vt ex termino ad quem; Priuatio vt ex termino, à quo, quæ non potest dici esse solum principium Metaphoricè, sed vere, & propriè, cum illi conueniat esse, id ex quo tanquam ex elemento transeunte, aliquid fit simul cum alijs, in quo consistit ratio Principij, & sic benè illi, & propriè adaptatur definitio. At Analogica Metahporica, vt risus Prati, & hominis non possunt vna definitione definiri.

Analogia Proportionis.

Ratio comunis Analogica.

Priuatio non Methaphoricè Princi*pium.*

14 Non posse dari rationem communu-

munem enti, vt sunt materia, & forma, & non enti, vt est Priuatio non obstat, quia potest dari illa ratio communis prescindens ab ente, & non ente, sicuti datur ratio communis rationalis, & irrationalis; Corruptibilis, & incorruptibilis, cum illa ratio comunis neque sit ens, neque non ens identificata, sed prescindens ab vtraque, vt Animal prescindit à rationali, & Irrationali. Ipsa tamen ratio comunis potest dici quod sit Ens non verò potest dici quod sit non ens, quia ad affirmandum sufficit vnum, sed ad negandum non sufficit, cum negatio sit malignantis naturæ, & per hoc bene dicitur homo est compositum materiale, & non benè dicitur homo spiritualis. Præterea illa ratio comunis non respicit Entitates, sed rationem formalem principiandi, quæ prescindit ab Entitatibus materiæ, & formæ, & à non esse Priuationis, ideoque quatenus tantum principiant, vt sup. num. 12.

Principium.

alia responsio.


Quæ principia contraria.

15 Quamuis tria sint Principia supra explicata, tamen solum forma, & Priuatio sunt Prima contraria priuatiuè. Indefinitè enim dicitur ab Aristotele Principia esse contraria; & patet etiam ex ipso cõceptu mutationis naturalis, in qua forma; & Priuatio sunt inter se

In-

Incompossibiles, vtraque compossibilis cum materia: Sunt vero prima contraria, quia non supponunt alia, aliter non essent prima, & vniuersalissima Principia, quæ lato modo intelliguntur, nam etiam calor, & frigus sunt prima contraria stricto modo sumpta, sicut etiam dulcedo, & amaritudo &c. Et quando Aristoteles asserit substantiæ, non esse contrarium, loquitur de contrario positiuo certum est enim substantiæ esse contrarium priuationum, nã substantię opponitur negatio substantię: Sic etiam quando ait generationem sustantiæ fieri per contradictionem, loquitur lato modo, quatenus in mutatione substantiali videtur fieri transitus à non esse ad esse, quæ sunt lato modo contraria, sed non sunt strictè contradictoria; cum non sit transitus à puro non esse, nam inuoluit subiectum capax &c.

Contrarietas lato modo.



CEN-

munem enti, vt sunt materia, & forma, & non enti, vt est Priuatio non obstat, quia potest dari illa ratio communis prescindens ab ente, & non ente, sicuti datur ratio communis rationalis, & irrationalis; Corruptibilis, & incorruptibilis, cum illa ratio comunis neque sit ens, neque non ens identificata, sed prescindens ab vtraque, vt Animal prescindit à rationali, & Irrationali. Ipsa tamen ratio comunis potest dici quod sit Ens non verò potest dici quod sit non ens, quia ad affirmandum sufficit vnum, sed ad negandum non sufficit, cum negatio sit malignantis naturæ, & per hoc bene dicitur homo est compositum materiale, & non benè dicitur homo spiritualis. Præterea illa ratio comunis non respicit Entitates, sed rationem formalem principiandi, quæ prescindit ab Entitatibus materiæ, & formæ, & à non esse Priuationis, ideoque quatenus tantum principiant, vt sup. num 12.

Principium.

alia responsio.

Quæ principia contraria.

15 Quamuis tria sint Principia supra explicata, tamen solum forma, & Priuatio sunt Prima contraria priuatiuè. Indefinitè enim dicitur ab Aristotele Principia esse contraria; & patet etiam ex ipso cõceptu mutationis naturalis, in qua forma; & Priuatio sunt inter se

In-

Incompossibiles, vtraque compossibilis cum materia: Sunt vero prima contraria, quia non supponunt alia, aliter non essent prima, & vniuersalissima Principia, quæ lato modo intelliguntur, nam etiam calor, & frigus sunt prima contraria stricto modo sumpta, sicut etiam dulcedo, & amaritudo &c. Et quando Aristoteles asserit substantiæ, non esse contrarium, loquitur de contrario positiuo certum est enim substantiæ esse contrarium priuationum, nã substantię opponitur negatio substantię: Sic etiam quando ait generationem sustantiæ fieri per contradictionem, loquitur lato modo, quatenus in mutatione substantiali videtur fieri transitus à non esse ad esse, quæ sunt lato modo contraria, sed non sunt strictè contradictoria; cum non sit transitus à puro non esse, nam inuoluit subiectum capax &c.

Contrarietas lato modo.



CEN-

CENTILOQ. XXXII.

De Materia Prima. Vbi An sit vna numero Positiue.

Datur materia

1 DAri materiam, non solum patet supradictis, verum etiam quia si non daretur, neque daretur receptiuum principiorum contrariorum neque daretur, generatio, cum naturaliter ex nihilo nihil fiat, & in tantum venerantur reliquiæ Sanctorum in quantum aliquid eorum remanet, quod non est nisi materia, & est argumentum validissimum contra negantes existentiam propriam materiæ. Quando vero ab Aristotele dicitur 5. Physicorum materiam non esse ens, & non esse in loco intelligitur de ente completo, & non exigente de se determinatum locum. Datur igitur materia quæ quatenus non constat alia priori dicitur prima, & est subiectum formæ substantialis. Quatenus vero constat ex alia priori, vt est compositum in quantum est subiectum accidentis dicitur materia se-

habet propriã existentiam.

materia prima.

secunda, & proxima, nam statim ex vnica mutatione fit compositum, cum habeat dispositiones, & de ista non est sermo, sed de prima, & remota, carens quacumque forma, & accidentali, & substantiali. *materia secunda*

2 Ex diuersis muneribus, & considerationibus vario modo appellatur, aliquando enim dicitur ex *Qua* idest ex qua fit, & componitur aliquod, hoc modo sunt Elementa respectu mixti. Aliquando dicitur in *Qua*, vt tela in qua pingitur figura; Aliquando dicitur **Circa quam**, vt est obiectum circa quod versatur potentia, & agens operatur. Aliquando dicitur Malefica, vt ex quà oritur corruptio. Aliquando dicitur genus physicum, vt continens potestate formas, sicut genus Methaphysicum continet potestate differentias. Apud Aristotelem tamen sepissime appellatur subiectum. *Ex qua* *In qua.* *Circa quam.* *malefica.* *Genus physicũ.* *Subiectũ*

3 Triplici modo inuenitur definita materia apud Aristotelem primo modo 7. Meth. Tex. 8. aiens *materiam esse quæ per se ipsam neque quid neque quantum, neque aliquod aliud quidpiam dicitur quibus ens determinatur neque eorum negationes, sed id de quo singula eorum prædicantur.* Idest materia non est substantia completa, neque aliquod totum demonstrabile per quantitatem, vel *Definitio.*

per

per aliud accidens ex prædicamentis, per quod determinetur ens cum tali forma, sed est id, de quo singula horum possunt prædicari. Hæc definitio non est rigorosa cum sit per negationem, non formalem quidem, quia sic *non Ens* non potest esse essentia alicuius rei positiuæ, & physicæ, neque illius vera proprietas; Ideo est per negationem fundamentaliter melius enim cognoscitur denudata omni forma ob sui imperfectionem.

Nō ens non est essentia.

a Secundo modo definitur 5. Meth. Tex. 2. *Materiam esse id ex quo inexistente aliquid fit*, quæ definitio explicat propriam rationem materiæ, scilicet vt sit causa materialis compositi ideoque ratio materiæ consistit in esse compositi partem, quæ inexistit. Hæc enim ratio nulli conuenit, & optime explicat materiæ rationem, quæ non potest refundi in esse substentatiuam formæ, vel vnionis, cum corpus non substentet animã rationalẽ, & multi negant vnionem distintam, & multi illam à sola forma substentari asserunt; Neque eius ratio consistit in esse principium tantum passiuum, cum sit principium etiam actiuum suæ quantitatis. Neque in esse partem perfectibilem, nam etiam ipsa forma suo modo perficitur cum substen-

alia definitio.

Ratio materiæ

ſtentatur. Neque in indifferentia ad hanc, vel illam formam, quia non omnes admittunt quamcumque materiã habere hanc indifferentiam, aliqui enim dicunt Materiam Cœli non habere indifferentiam ad formam. Neque in maiori ſimilitudine, quam habet cum materia rerum artificialium, quia materia ſecunda habet maiorem hanc ſimilitudinem, & per ſupradicta non explicatur proprium prædicatum materiæ primæ de qua hic eſt ſermo, vel coincidit cum noſtra ſententia, & quando Ariſtoteles explicauit materiam primam per comparationem ad artificialem, dedit quamdam rudem notitiam, ſed non propriam rationem conſtitutiuam.

5 Tertio modo definitur hic Tex. 82: *Materiam eſſe vltimum ſubiectum cuiuſcunque ex quò fit aliquid cum inſit non ſecundum accidens & ſi corrumpitur aliquod in hoc abibit vltimum.* Ideſt materia eſt ſubiectum vltimũ, ſiue primum, & communiſſimum, ex quò fit aliquod vere phyſice, cum inſit, vt pars permanens componens inexiſtens, & ſi corrumpitur compoſitum remanet materia, & ſic totum non annichilatur, cum remaneat primum ſubiectum, quod non poteſt in aliud reſolui. Et dum dicitur ab Ariſtotele non ens intelligitur non *alia definitio.*

ens

ens completum, sed vere est ens incompletum substantiale, vt possit facere vnum per se cum forma substantiali, quæ ab illa non potest educi, & facere vnum substantiale si ipsa etiam non esset substantialis:

est Ens substantiale incompletum.

6 Quamuis materia prima non demonstretur ab admittentibus resolutionem vsque ad materiam primã per hoc argumentum, scilicet *in tantum datur materia prima, in quantum est subiectum dispositionum*; quia in ista sententia non est subiectum solum dispositionum materia, sed totum. Et licet, neque possit demonstrari ab admittentibus mutuam Causalitatem per hoc argumentum, videlicet *debet dari substentans accidentia quod non potest esse nisi materia prima*. Quia in eorum sententia substentantur ab ente de nouo producto; Attamen potest demonstrari ab vtraque sententia, per aliud argumentum vt nos cum Aristotele fecimus supra, & per medium ducens ad impossibile, scilicet quod aliter fieret aliquid ex nihilo naturaliter vt patet, & sic non esset generatio, sed creatio, quæ tamen non potest esse naturaliter, & per alia argumenta iam exposita.

7 Non dari in materia actum physicum idest formam corporeitatis illi Coæuam ingenerabilem, & in-

incorruptibilem, ac proinde esse potentiā purā respectu actus physici videtur colligi ex Aristotele inuestigante naturam materiæ primæ per comparationem ad materiam artis, sed aes V. G. ad statuam se habet, vt aliquod informe antequam figuretur, ita materia antequam informetur nullam habet cōiunctam formam; Et hoc ipsum depromitur ex primo de generat. Tex. 31. vbi docet nullum dari corpus Comune, sed materia est vna comunis omnibus rebus saltem corruptibilibus, ergo daretur vnum corpus comune. Et si hoc esset quomodo potest facere vnum per se cum forma substantiali?

Non habet formam Corporeitatis.

8 Auicenna dat hanc formam corporeitatis materiæ, cum Materia primum subiectum mutationis debeat esse extensum, vt subiectum possit correspondere actioni diuisibili agentis in ipsum, at extensio non potest esse nisi sit corpus, nec potest esse corpus nisi per formam corporeitatis: huic sententiæ partim, videlicet in omnibus, & solis viuentibus consentit Scotus, & saltem in homine Henricus à Gādauo. Cum in viuentibus requiratur materia organizzata diuersis partibus in ratione corporis, & cum in mortuo animali remaneat corpus, & non cum alia for-

Fundamenta contrariorum.

forma quæ de nouo generatur, ergo per formam corporeitatis ingenerabilis, & incorruptibilis. Sed contra quia potest habere esse corpus a forma propria; Anima V. G. Leonis sicuti dat esse Animal, & esse viuens ita etiam esse corpus, est enim eadem ratio, & confirmatur ex reliquis prædicamentis, nam eadem forma dat esse specificum, & esse genericum. Albedo V. G. dat esse album dat esse coloratum, & dat esse quale, & sic de ceteris, ergo etiam in prædicamento substantiæ. Itaque ratio Auicennæ non valet, præsertim cum materia habeat extentionem ex natura sua, & non tantum per formam corporeitatis: multo minus valent rationes Scoti, & Henrici, quia ea diuersitas partium in viuentibus, vel habetur à formis partialibus ex aliquorum sententia, vel ex diuersis dispositionibus, & dicitur eque idem corpus post mortem, non ex forma corporeitatis, sed vel propter identitatem materiæ, & accidentium, vel propter identitatem suppositi, ergo est idem suppositaliter non ex forma corporeitatis distincta à forma substantiali, quæ dedit esse viuens dedit esse corpus, & ipsa recedente remanet aggregatum accidentale, & dicitur idem corpus suppo-

Solutio.

sita-

ſitaliter vt dixi, ſeu per identitatem materiæ, & accidentium.

9 Philoponus aſſerit materiam eſſe corpus Mathem. ſi enim materia non eſſet trine dimenſa, eſſet natura ſua indiuiſibilis, ſed eſt diuiſibilis, & non per formam, cum anima rationalis ſit ſpiritualis, ergo per ſe ipſam. Sed hoc repugnat definitioni in qua materia dicitur non eſſe neque quale, neque quantum imo, ſi eſſet quanta non eſſet primum ſubiectum in quò ſubiectaretur forma ſubſtantialis, ſed potius eſſet materia ſecunda, ergo cum ſit materia prima non admittit quantitatem coeuam, & ingenerabilem, & incorruptibilem, clare ex venerabili Sacramento Euchariſtiæ vbi intèr alia accidentia præcipue remanet quantitas, cum ſuis dimentionibus, & tamen non remanet materia panis. Et quamuis anima rationalis non ſit corporea ſi intelligatur corporeum per eſſe diuiſibile, & extenſum per quantitatem, tamen poteſt dici corporea lato modo, quatenus poteſt in formare materiam diuiſibilem ex ſua natura in partes entitatiuas, & extenſam.

aliud fũdamentum.

Solutio

10 Zabarella tandem vult materiã primã eſſe natura ſua corpus ſubſtantiale ſimplex ex quo deſumatur gradus corporis in prædicamento, cum

aliud fundamentũ.

cum aliunde sumi non possit non à forma corporeitatis cum non detur neque à compositione, materiæ & formæ, si forma sit spiritualis. Sed hoc est euidentissime repugnans prædicamentali lineæ, in qua non potest esse nisi completum, & materia est incompleta per Aristotelem cum afferat non esse Quid: Et si esset completa non faceret vnum per se cum forma, ergo nõ potest dici quod sit corpus substantiale simplex, seu gradus Methaphysicus corporis, cui tanquam principio adæquato debeatur trina dimentio. Ratio vero Vniuoca corporis desumitur à forma specifica coniuncta materiæ, nam licet nec sola forma, nec sola materia sit corpus, tamen ex eorum coniunctione resultat corpus.

Solutio.

Ratio corporis.

11 Neque est necessaria huiusmodi forma corporeitatis ad hoc vt disponatur materia ad recipiendam formam. Quia sicuti potest recipere formam corporeitatis (per aduersarios) sine alia forma anteriori, ne detur processus in infinitum, ita aliam sine illa, cum sufficiant dispositiones debitæ tali formæ introducendæ. Materia enim est ordinata natura sua ad formas substantiales. Multo minus requiritur forma corporeitatis ad recipiendas formas accidentales, quia aliter peruerteretur

ordo

ordo accidentis, quod ordinatur ad substantiam, & non è contra. Et licet dicatur quantitatem, & alia accidentia sequi ad substantialem formam, tamen non potest inferri quod debeat dari forma corporeitatis, cui conueniat quantitas, quia accidentia dicuntur sequi ad formam ordine intentionis, non ordine executionis; prius sunt dispositiones, ad hoc vt introducatur forma, quæ non potest esse vna communis, sicuti potest esse vnum efficiens cõmune, vnus finis cõmunis, & vna materia cõmunis, quia de ratione formæ est determinare, & specificare res inter se, ergo non potest esse vna comunis, aliter non esset ratio distinguendi, & constituendi etiam indiuidua.

Formã nunquã comunis

12 Quamuis vero concedamus quantitatem esse proprietatem substantiæ corporeæ, & quantitatem conuenire materiæ, tamen non sequitur materiam esse corpoream per formam corporeitatis, ita vt ipsa sola sit corpus physicum, sed est solum substantia corporea, idest habens partes extra partes, vel partes extendibiles, quod habet ex natura sua, non vero per esse corpus physicum: Itaque quantitas est proprietas substantiæ habentis partes entitatiuas extra partes, vel extendibiles.

quãntitas proprietas. cuius

K Ma-

13 Materia etiam si non habeat actum physicum sibi coeuum, vt vidimus, habet tamen actum entitatiuum qui est perfectio aliqua, cuius effectus est facere formaliter, vt res quæ erat possibilis existat actu, & sit extra suas causas, ita vt habeat propriam existentiam distinctam ab existentia formæ. Quia materia est id quod remanet in corruptione, sed non potest intelligi quod remaneat quoad essentiam tantum, nam neq; accidentia, neque forma secundum essentiam corrumpuntur, ergo debet intelligi quod remaneat secundū existentiam, quam non potest habere à forma, quam amittit, quia tunc actu habet eius priuationem; neque à forma, quam acquirit, quia materia, vt transiens actu, intelligitur actu existens, sed per aduersarios existit per existentiam formæ ad quam transit, ergo intelligitur existens per existētiam, ad quam transit quod est impossibile. Et confirmatur quia de ratione subiecti est vt præexistat ad hoc vt alia in ipso possint subiectari.

Habet actum Entitatiuum.

Rationes.

14 Neq; valet dicere quod præexistat in genere causæ materialis, non in genere causæ formalis. Quia non potest assignari sub qua prioritate materiali materia sit prior forma, si existat per existentiā formæ: non

non sub ratione existentiæ cum potius sit posterior, quia habetur à forma; Neque sub ratione essentiæ, cum eodem modo omnes essentiæ sint æternæ. Imo si non distinguntur realiter essentiæ, & existentiæ, vt nos dicemus suo loco, cum essentia formæ distinguatur ab essentia materiæ realiter, & earum existentiæ erunt realiter distintæ. Et sic debent esse, ne generatio sit creatio. Si enim corrupta forma periret etiam existentia Materiæ, nihil remaneret de materia, ergo generatur de nouo forma subiectumque, ergo erit Creatio, quia nihil est de subiecto quod non potest concurrere, neque substentando, cum non habeat existentiam: essentia nihil facit sine existentia.

alia Rationes.

15 Materiā esse puram potētiam sicuti asserit Arist, mouet Thom. ad affirmandum materiam non habere propriam existentiam, aliter enim non esset pura potentia aiunt. Sed est pura potentia respectu actus physici, non vero respectu actus Entitatiui, qui cum sit incompletus potest facere cum forma, vnum completum in ratione substantiæ, respectu cuius, tam materia quam forma sunt entia incompleta licet sint perfecta in esse Materiæ, & formæ. Ad id vero quod opponunt, dari pu-

Quomodo pura potentiā

k 2 rum

rum actum, qui est Deus, ergo debet dari pura potentia; Si enim datur vnum contrariorum debet dari, & aliud. Est in promptu duplex responsio. Prima etiam si esset id verum, non tamen probatur quod materia debeat esse illa pura potentia contraria puro actui. Secunda; non est semper verum quod dato vno contrario debet dari aliud, nam datur Deus, & tamen non datur non Deus sicuti datur infinitum bonum, & tamen non datur infinitum malum. Tandem potest etiam dici quod debet dari pura potentia excludens omnem actum physicum, non vero entitatiuum, per quem materia facit distinguere numerice res materiales ab immaterialibus; per actum vero physicum magis distinguntur res quamuis distinctio adæquata habeatur à toto cōposito, & sic per actum solum entitatiuum non est perfecte cognoscibilis materia, solum ergo per ordinem ad formam, vel quatenus est semper vnita cum forma, melius cognoscitur materia, cui est esse licet non sit operari, nam esse completum, est solum propter operari, non vero esse incompletum, vt est esse materiæ, cui forma dat actum formalem, qui potest cōpetere materiæ idest existere cōplete, vel dat cōplementum, non vero dat existentiam

Esse propter operai.

Quemodo Effectus formalis.

iiam

tiam, nam materia incomplete existet per suum actum entitatiuum, & forma non potest communicare subiecto nisi actum formalem, qui potest conuenire subiecto, nam quidquid recipitur per modum recipientis recipitur sic inherentia reperitur in substantia, & non in accidente, & tamen non denominat subiectum inherens, sed potius substentans, ita forma dat, denominationem materiæ existere complete, seu complementum.

16 In tantum materia dicitur potentia receptiua formarum, & non forma receptiua materiæ, quamuis vtraque habeant existentiam incompletam in quantum materia est subiectum inexistens, & indifferens, & determinatur à forma ad cõstituendum hoc, vel illud compositum, cum materia sit subiectum transiens, & comune potens recipere formas. Imo non solum habet inclinationem, sed potentiam ad formas, non loquendo de potentia obiectiua, quæ est non repugnantia ad esse, & cui respondet actus entitatiuus: Neque de potentia actiua, quæ est per Aristotelem, *Principium transmutationis aut motus in altero prò vt alterum est*; Sed intelligendo de potentia passiua quæ secundum Philosophũ est *Principium transmutationis ab altero prò vt al-*

materia formæ receptiua.

Habet potentiã ad formas.

potentia obiect.

potẽtia actiua quid.

Potentia passiua quid *alterum est*, cui respondet actus physicus. Quia ad bonum, & ad media necessaria prò consecutione boni, & finis datur positiua inclinatio, sed formæ substantiales est finis immediatus materiæ, ideoque habet rationem boni respectu materiæ; formæ vero accidentales sunt medium ad recipiendas formas substantiales, ergo ad vtramque habet positiuam inclinationem, & non tantum meram non repugnantiam.

Quomodo habeatur potentia ad accidentia.

17 Finis vero vltimatus materiæ est compositum, sed illud constituit recipiendo formas, ergo habet positiuam inclinationem ad illas, & etiam potentiam receptiuam, cui respondet etiam actus, seu forma spiritualis nam de facto materia recipit formas accidentales, & substantiales, tam materiales, quam spirituales. Respectu formarum materialium generabilium, & corruptibilium non solum materia habet potentiam receptiuam, verum etiam eductiuam, nam de facto concurrit ad illas, vt subiectum substentans, & si non dependerent tales formæ à materia vt à causa materiali, seu vt à subiecto substentante dicerentur creari sicuti dicitur creari anima rationalis, quæ in suo fieri, & esse non dependet à materia, ergo ne dicantur illæ creari, certé dependent

finis materia.

Habet potentiam eductiuã

&

& in fieri, & in subsistentari à materia cuius potentia passiua diuiditur in remotam, seu Vniuersalem, & in proximam, seu particularē. Vniuersalis, seu remota est quà materia potest recipere omnes formas, & reperitur in materia prima. Particularis vero seu proxima est qua recipit particularem formam, & hanc potius quam aliam, cum habeat dispositiones ad illam requisitas, quapropter dicitur materia secunda, & hæc potentia non est de essentia materiæ primæ, cum dicat accidentia, sine quibus potest esse materia.

Potẽt. in passiua alia Vniuersalis.

alia particularis.

18 Præterea materia non habet appetitum elicitum, *qui est actus, qui elicitur à potentia appetitiua ex apprehensione boni quo illa caret*, sed habet appetitum innatum (*qui est inclinatio naturalis in suum proprium bonum, cuius est capax*) ad alias formas etiam præsente vna forma, nam forma absens est bonum aliquod absens à materia, ergo materia habet inclinationem naturalem ad illam cum bonum absens sit appetibile, quia est conueniens, sed habere inclinationem naturalem est appetere appetitu innato, ergo appetit naturaliter formas sub conditione, (si non haberet præsentem) quam non odio habet vt formam, & vt bonum, sed vt impedimētum retardans aliud bonum, idest aliam

Appetitus elicitus.

Appetitus Innatus. est in materia.

aliam formam, ideoq; non odio habet directe præsentem formam, sed indirecte, & appetit absentes præscindendo ab hoc quod est recipere simul, vel successiue formas, ad quas licet non moueatur, cum materia habeat potentiam passiuam, tamen dicitur habere appetitum, sicuti dicitur Cœlum appetere motum circularem.

Quomodo appetat imperfectiorem formã.

19 Et quamuis materia sit coniuncta cum forma perfectiori, appetit tamen imperfectiorem, in qua est aliqua perfectio, quæ non reperitur in perfectiori, ignis enim habet aliquam perfectionem, quam non habet anima. Si vero forma perfectior contineret omnes perfectiones formæ imperfectioris, non haberet quidem appetitum ad imperfectiorem, sicuti anima Christi non appetit aliam subsistentiam cum terminetur personalitate Diuina, quę cũ sit infinite perfecta in omni genere continet omnes perfectiones. Appetit, ergo materia primario formas substantiales, secundario accidentales, quæ sunt media ad substantiales, quæ si implicarent, & impossibilitarentur nullo modo appeteret accidentales, quæ cum non essent amplius medium ad finem, non appeterentur si solum amaret illas vt medium.

Quãdo non appetit accidentales formas.

20 Quia appetitus materiæ sit innatus, & cum in quacumque parte ma-

materiæ ſit tota eius eſſentia in qualibet parte etiam eſt appetitus, ſed quia materia appetit formas ex intentione naturæ, quæ prudenter operatur, ideo appetit formas per requiſita neceſſaria, etiam per alias partes materiæ ſi opus fuerit. Ad abſentes ſolum datur appetitus, nam circa præſens datur fruitio, ideoque ad vetitum appræhenſum vt bonum nitimur, nam habet quamdam moralem diſtantiam per prohibitionem.

Quarè Vetitū appetitur?

21 Tantus eſt appetitus materiæ ad formas, vt non ſolum habeat potentiam naturalem ad formas poſſibiles naturaliter, vt vidimus, ſed etiam ad formas corruptas, & ſupernaturales, non tamen vt potentia naturalis eſt quà reſpicit agēs naturale, ſeu Deum operantem iuxta exigentiam naturæ. Sed vt potentia naturalis obedientialis, quà ſcilicet reſpicit agens ſupernaturale ſupernaturaliter operans vel quò ad entitatem quando nullo modo debeatur naturæ, vt eſt viſio Beatifica, & virtutes Theologales &c. vel quò ad modum, quando ſcilicet in his, & his circumſtantijs non debetur naturæ, vt fuit viſio reddita cæco nato &c. qui ſunt duo modi faciendi miracula. Patet quod materia habeat talem potentiam ad illas formas, quia forma de nouo produ-

Habet potentiam naturalem.

potentiā obedientialem habet.

miracula quot modis.

ducibilis, & supernaturaliter possibilis est perfectiua materiæ, essentia enim formæ non mutatur per hoc quod sit reproducibilis, ergo habet ad illam potentiam naturalem, non vt naturalis, sed vt obedientialis quia vt naturalis connotat agens naturale, sed forma secundo producibilis iam corrupta connotat agens supernaturale, ergo respicitur à potētia naturali, sed vt obedientialis est quia obedientialis potentia passiua connotat agens supernaturale; non tamen respicit suum perfectiuum praescindendo omnino à quocumque agente, seu naturali, seu supernaturali, quia licet in conceptu essentiali materiæ non inuoluatur agens, neque naturale, neque supernaturale attamen non respicit formas praescindendo omnino ab agente cum illud connotet.

respectu formæ corruptæ.

22 Respectu formæ, corruptæ dicitur materia habere, potius negationem respectu agentis naturalis à quo non potest reproduci, sed dicitur habere illius priuationem respectu agentis supernaturalis a quo potest reproduci, sed quia reproduceretur concurrente materia; vt subiecto substentante, ideo dicitur illa forma contineri in potentia naturali materiæ, non vt merè naturali, sed naturali vt obidientiali.

tiali, ideoque dicitur miraculum quo ad modum, ſic eſt reſurrectio Mortuorum, & reproductio ſubiecti reſpectu accidentium ſeparatorum, quæ licet naturaliter exigant ſubiectum, tamen naturaliter obedientialiter exigunt ſubiectum iam corruptum quod poteſt prouenire ab Agente ſupernaturali, & non ab agente naturali cum materia ſit ingenerabilis, & incorruptibilis reſpectu agentis naturalis, & ratio eſt quia ſi materia eſſet generabilis, vel corruptibilis naturaliter eſſet genita antequam generaretur, & eſſet corrupta antequam corrumperetur generaretur enim materia ex præſuppoſito ſubiecto (cum naturaliter ex nihilo, nihil fiat) ſed materia eſt ſubiectum primum vt vidimus, ergo præſupponitur ſuæ generationi ergo eſſet antequam generaretur. Quod autem eſſet corrupta antequã corrumperetur etiam patet, nam quod corrumpitur deſinit in ſubiectum vltimum remanens poſt corruptionem (per hoc enim differt corruptio ab annihilatione) ergo dũ corrũpitur materia remanet vltimum ſubiectum, ſed ipſa materia eſt vltimũ ſubiectum vt diximus cum Ariſtotele, ergo corrumperetur prius quam eſſet corrupta.

Ingenerabilis, & incorruptibilis.

Differentia corruptionis ab annihilatione.

23 Quando Ariſtoteles hic Tex.

82. appellat materiam naturaliter corruptibilem, vel intelligit per accidēs idest ratione priuationis, vel quatenus est radix corruptionis, non tamen dicit per se corruptibilem materiam. Neque potest inferri ex principio *propter quod vnum quodque tale, & illud magis* quod materia sit in se corruptibilis cum sit radix corruptionis, nam illud principium preter alias limitationes enumeratas supra Centiloq; 25. num. 6. est vt id quod affirmatur in propositione, possit vere conuenire illi, cui tribuitur, sed materiæ non vere conuenit corruptio vt diximus supra, in tantum enim est radix corruptionis, in quantum pręsente vna forma appetit aliam cum illa incompossibilem; sed nullo modo appetit corruptionem nisi per accidens, in quantum scilicet forma existens in materia sit incompossibilis cum alia forma appetita. Et quamuis generaretur vnio materiæ non diceretur materia generabilis, sicuti in aliquorum sententia dicitur homo generabilis per generationem vnionis inter animam, & corpus, cum vnio non sit de ratione essentiali constitutiua materiæ, sed de ratione integrali materiæ, in homine vero vnio pertinet ad constitutionem hominis, nam anima rationalis sola, & corpus solum non

Occurritur 2. Obiect.

sunt

sunt homo præscindendo tamen modo à quest. actionis distinctæ.

24 Huc reducenda sunt quæ diximus supra Centiloq. 31. num. 14. de propositione negatiua ad cuius veritatem, cum non sufficiat vnum, ideo non potest dici Totum ingenerabile ex sola materia ingenerabili, sicuti dicitur totum corporeum ex materia corporea, quia illa est propositio negatiua, hæc affirmatiua. Item ex incorruptibilitate materiæ non potest deduci eius perfectio in omni genere supra formam, cum sit ab illa perfectibilis in ratione entitatis completæ, & determinatæ. Neque potest dici infinita etiam si possit recipere infinitas formas successiue, non enim potest recipere omnes simul in eadem parte, cum sint contrariæ.

25 Dixi non posse recipere materiam in eadem parte simul plures formas contrarias, quia potest recipere illas in diuersas partes eiusdem materiæ numero. Opinor enim quod materia in toto Vniuerso sit vna numero positiue, sicuti vere est vna materia in toto corpore hominis, ita est vna materia in toto corpore Vniuersi sicut enim Corpus V. G. Petri, & lignum bipalmare est vna materia numero, ita etiam totum vniuersum habet vnam numero mate-

Est vna numero positiue.

te-

Ratio. teriam; Et hoc valde consonum est constitutioni vniuersi quia illud dicitur magis vnitum, cui est vnum subiectum, quam quando sunt plura subiecta contigua, sed vnio maxima necessaria est in Vniuerso, non solum vt saluetur eius consistentia, & perduratio sicuti in corpore humano, sed etiam vt detur transitus influxuum Coelestium sine Vacuo. Magis itaq; congruum est dari vnum subiectum continuum extensum in toto Vniuerso, quam plura subiecta contigua: præsertim, quia aliter non potest euitari transitus accidentium de subiecto in subiectum; Influxus enim Cœlorum transit ad regiones aeris, ad Terram vbi producit Metalla, & Viuentia, ergo si esset diuersum subiectum aeris, & Terræ, ille idem influxus transiret de subiecto in subiectum.

26 Arridet huic meæ sententiæ non solum Seneca Epistola 95. Vbi habet sic *Omne hoc quod vides vnum est, Membra sumus corporis magni natura nos cognatos edidit cum ex iisdem & in eodem gigneret.* Verum alia ratio. etiam Aristoteles hic Tex 60. vbi habet subiectum, nempe materiam, in Vniuersum esse vnum. His verbis. *Determinatis autem his ex omnibus quæ fiunt hoc est accipere si aliquis inspexerit, sicuti dicimus quod oportet*

sem-

semper aliquid subijci quod sit, & hoc, etiam si numero est vnũ at forma quidem non vnum. Qui expendet verba supradicta, sed præcipuè *ex omnibus quæ fiunt,* & quod subijcitur *numero est vnum*, certe asseret omnia quæ fiunt habere vnum subiectum, & distingui per formas.

27 Dices Materiam esse vnam negatiue, idest si materia amitteret omnes formas, & auferrentur omnia impedimenta, omnes materiæ coalescerent in vnam numero non vero est vna positiue. Sed contra primo est quia si est vna negatiue, ergo est vna positiue. Quia quod est extrinsecum alteri, cui superuenit non mutat esse illius cui superuenit: sed esse materiæ, absque formis est esse vnam numero positiue, ergo cum formis remanet vna. Maior est certa aliter per quodcumque accidens superueniens alteri constituto in esse mutaretur eius intrinsece status, quod à nemine conceditur. Materia enim per superuenientem formam, neque mutatur à statu materiæ. Minor admittitur comuniter. Consequentia tenet. Contra secundo, quia Aristoteles dicit absolute esse numero vnã, ergo non potest intelligi esse numero vnam negatiue, neque vnam genere, neque vnam specie. Non vnam negatiue, quia id quod est vnum ne-

Dissoluitur fundamentũ.

Ratio.

alia ratio.

negatiue est actualiter positiue multiplex, sed quod est multiplex non potest dici simpliciter vnum, ergo &c. Neque vnam genere, quia genere vnum, & specie vnum admittit diuisibilitatem numericam, & multiplicitatem, ergo non potest dici vnum absolute. Quinimmo Materiam esse vnam est propositio negatiua, ergo negat quamcumque diuisionem, & multiplicitatem, quam admittit vnitatem negatiuam, genericam, & specificam, vt patet: præsertim cum hic sumatur vnum genere, & vnum specie non in ratione Vniuersali & per Intellectum, sed quatenus dicit entitatem eiusdē, vel diuersæ naturæ.

alia ratio.

28 Magis etiam consona est hæc sententia scripturis Sacris. Genesis enim primo habetur Deum Creasse Cœlum, & Terram. Cœlum, idest naturam Angelicam, & Terram, idest materiam primam, vt cum S. August. 12. Confessionum c. 7. sentiunt Celebres Theologi, sed ex illa, facta sunt Cætera, vt habetur Sap. 11. *Omnipotens manus tua creauit orbem Terrarum ex materia inuisa*, ergo est vna numero positiue etiam post superuenientes formas diuersas. Patet consequentia, quia etsi lignum bipalmare V. G. corrumpatur secundum formam ligni, & acquirat for-

alia ratio.

formā ignis adhuc ſubiectum remanet vnum, & idem, ſicuti ſi lignum bipalmare ſecundum vnum palmum acquirat formam ignis retenta forma ligni in altero palmo, ergo eodem modo materia remanet vna in toto Vniuerſo, etiam ſi acquirat per diuerſas partes diuerſas formas. Et per hanc diuerſitatem partium ſaluatur non eſſe diuerſas formas oppoſitas in eodem ſubiecto, ſecundum eamdem partem, licet poſſit eſſe ſecundum totum, & hoc non eſt nouum in natura, nam in corpore humano etiam adeſt maximus calor in corde, & maximum frigus in Cerebro.

29 Ob: homo, & lapis ſunt duæ entitates omnino diſtintæ, & diuerſæ, ſed ſi eſſet vna materia non eſſent duæ entitates omnino diſtintæ, & diuerſæ, ergo non eſt vna materia. Reſp. primo quod cum lapis & homo habeant diuerſas partes eiuſdem materiæ ſunt inter ſe diſtinta, & diuerſa, ſed non ſecundum totam entitatem completam, non enim ſunt, diuerſæ ntitates, per diuerſitatē partium eiuſdem, & totalē matærię, ſed per diuerſitatē formarum. Reſp. ſecūdo argumentū nimis probare, ſi .n. ex diuerſitate entitatum deſumeretur diuerſitas materiæ, non ſolum materia lapidis, & hominis eſſet diuerſa

Obiect.

Solutio.

sa numero, sed etiam diuersa specie, & genere quoniam lapis, & homo non solum specie, sed genere differunt, ergo si haberetur diuersitas secundum omnes partes, quas includit homo, & lapis esset diuersitas generica quod nemo dicet, neque illi auctores, qui ponunt materiam differre specie, & esse vnam genere cum illi dent diuersitatẽ specificam inter Materiam corruptibilium, & incorruptibilium, sed inter materias corruptibilium tantum, & inter materias tantum incorruptibilium assignent diuersitatem numericam. Neque Diuisibilitas arguit diuersas materias numero inter lapidem, qui est hic Romæ, & inter lapidem, qui est Florentiæ. Quia licet sit diuisibilitas ratione partium, non reperitur diuisibilitas respectu totius. Sicuti adest diuisibilitas in corpore Petri .s. vnus digitus manus dexteræ ab altero digito manus læuis, sed adest cõtinuitas respectu totius corporis.

Occurritur. Obiect.

Obiectio 30 Non valet quod dicit S. Thomas p. parte q. 50. art. 4. in corpore Indiuiduationem sumi à materia

Solutio. & consequenter, cum Petrus, & Paulus sint duo Indiuidua habeant duas numero materias; Quia Materia dat diuisibilitatem, & Materiali-

rialitatem, & non dat vnitatem numericam, quæ reperitur etiam vbi non est materia, vt sunt animæ rationales inter se, quæ sunt diuersæ numero, & Deus est vnus simplicissimus actus, & non habet materiam, habetur igitur à forma vnaquæque distinctio, ergo vnaquæque cõstitutio idem enim est principium constitutiuum, ac distintiuum, sed anima rationalis mea constituit me in esse tale indiuiduũ rationale, ergo distinguit me indiuidualiter ab alijs indiuiduis rationalibus, animalibus specie ab animalibus irrationalibus; Genere ab inanimãtibus. Et hoc deducitur ab Aristotele 7. Meth. Tex. 49. vbi clare habet *actus est qui distinguit*, sed actus est forma, ergo forma, est quæ distinguit. Materia igitur per se non distinguit nullo modo materialia, ad summum materialia ab immaterialibus distinguit.

31 Colligitur primo ex dictis quod si essent duo corpora informata vna, & eadem anima rationali non essent duo homines, quod videtur sentire etiam Ecclesia nam quotiescunque sit monstrum bicorporeum, si à signis desumatur vna anima informari V. G. verberando vnum corpus non tangendo aliud; illud etiam affligitur, certe vna ablutio

Vnus homo etiam in duplici Corp.

Ba-

Baptismalis sufficit pro vtroque corpore, quia est vna forma, ergo vnus homo.

Materia non est Vna genere.

32 Colligitur secundo Materiam non esse vnam genere vt sentiunt dicentes Materiam sublunarium, & Cœlestium differre specie, Vt S. Thomas p.p.q.66.a.2 & p.2.q.49.a 4.& secundo contra gentes c. 16. & alij, cum materiæ Cœlorum sint eiusdem rationis cum sublunari, cum omnia sint facta ex aquis, vt dicemus infra de Cœlo Neq; esse vnā specie, vt sentit Ægidius in secundo dist. secunda, & in primam partem examenronis cap. 4. Nemesius de natura hominis c. 5. vbi citat pro se Platonem quatenus posuit Cœlū ex igne, & Terra. Scotus relatus a Suarez disp. 13. Meth. sect. 11. num. 1 & alij dicentes Materiam Cœli, & materiam elementorum differre solo numero, Sicuti Materia Petri, & Materia Pauli, sed non potest assignari à quo habeatur ista diuersitas numerica materiarum, non à formis quia differunt, & specie, & genere non solo numero Forma aquę à forma ignis, non à separatione quia licet videatur adesse separationem respectu partium, tamen non adest respectu Vniuersi, ad cuius constitutionem, & conseruationem maxime necessaria est continuitas ne ruat, ideo-

Neque vna specie.


Vna numero.

ideoque non datur minimum Vacuum vt ipse met *Aristoteles* fatetur, & non ab alio, ergo est vna numero positiue, sicuti est vna materia numero Aquæ tripalmaris, etiam si secundum vnam partem durescat in lapidem, secundum aliam euaporet in aerem, &c.

33 Colligitur tandem. Tertio Contra Thomistas euidentissime, quod quamuis Angelus differat specie ab alio, tamen Angelus non habet solam vnitatem specificam, sed etiam vnitatem numericam in se, quia est entitas, ergo est vnitas indiuidualis, quia nullum potest dari ens à parte rei, quod non sit vnum Demonstrabile, adeoque Indiuiduale: præsertim cum indiuiduatio, vt vidimus, non habeatur à materia præcise; imo si per Diuinam omnipotentiam esset in eodem subiecto duplex forma, possent dici duo tota.

Angelus vnus numero.

materia vna duabus formis informata.



CEN-

CENTILOQ. XXXIII.

De Forma:

forma qua 1 FOrma substantialis quæ definitur ab Arist. hic Tex 26, *Ratio ipsius quod quid erat esse* videlicet (vt explicatur à recentioribus) *actus substantialis vnum per se substantiale constituens vltimate cum materia.*

Datur Euidentissimum est quod datur vti multis in locis docet Aristoteles, & precipue hic Tex. 65. Patet etiam ex fide ex quà habetur dari animam rationalem informantem corpus, & hinc potest duci argumentu de alijs compositis substantialibus quæ in ratione compositi Vniuoce conueniunt cum composito hominis, adeoque debent admittere, sicuti admittit compositum humanum, formam substantialem informantem, vt ipsamet experentia docet in aliquibus quæ si alterentur, vt aqua, & ferrum, dum calefiunt, reducunt se ad statum naturalẽ, sed hęc reductio non potest haberi à materia, cum sit indifferens; non ab ambiente, quod etiam si sit calidum, aqua tamen reducit se ad frigiditatem:

Non

Non à particulis remanentibus frigidis, quia non est maior ratio de vna quæ calefiat quam de alia, cum tota aqua sit calefacta, ergo non potest prouenire, quam à forma substantiali.

2 Et licet, si species vini consecrati ab estrinseco calefiant, se reducant ad pristinum statum, & hoc non possit prouenire à forma substantiali vini, quæ non adest. *Obiectio* Attamen Deus in illis speciebus supplet concursum formæ substantialis quia sicut ibi supplet vicem substantiæ substentantis accidentia, ita supplet virtutem actiuam, vel vt ait S. Thomas 3. p. q. 77. art. 3. ad secundum sicut speciebus Sacramentalibus datur Diuina virtute vt possint esse sine forma substantiali, ita eis datur vt possint agere sine forma. *Solutio.*

3 Datur itaque forma substantialis qua vtitur natura ad complendã substantialiter materiam, nè dicatur ponere imperfectum, & incompletum, vt materiam sine forma, quæ complendo materiam generat compositũ substantiale, cuius quidditas est forma, ita vt sit tota quidditas, si quidditas accipiatur per vltimum constitutiuum, & specificatiuum compositi. Si vero quidditas sumatur per id quod integrat compositum, certe forma sola non est

Quomodo forma Quidditas compositi

est tota quidditas, cum forma sola non sit constitutiua rei nam requiritur, etiam Materia, vt diximus cum Aristotele Centiloq superioribus, & constat pariter ex simbolo S. Athanasij aientis *anima rationalis, & caro vnus est homo*, accedit experientia cuiuscumque compositi materialis, quod cum distinguatur à substantiali spirituali per materiam etiam, materia pariter erit constitutiua, cum sit aliquo modo distintiua, præsertim cum non dependeat in existendo à forma vt vidimus; Neque ex hoc sequitur Petrum senem non esse idẽ cum Petro puero, cum Materia semper mutetur. Primo quia etiam aduersarij tenentur hoc soluere argumentum in formis materialibus. secũdo quia sufficit si habeãtur partes primiceriæ inuariabiles, quæ sufficiunt ad dandam identitatem rei in quocumque statu.

Obiect.

Solut.

4 Formarum substantialium alia est materialis, spiritualis alia. Hæc vt anima rationalis in homine creatur, quia fit nõ concurrente subiecto, & sic si destrueretur, diceretur annichilari quia non redigeretur in potentiam materiæ, sicuti rediguntur formæ materiales, quæ per hoc dicuntur corrumpi, quando dextruuntur. Forma Materialis, non dicitur creari, sed dicitur educi de po-

Formarum alia spiritualis quæ creatur.

potentia materiæ, eductio autem de potentia materiæ nihil est aliud quam formas materiales in suo fieri, & esse dependere à materia, tanquam à subiecto substentante, ideoque illæ non possunt existere naturaliter sine subiecto. Duo requiruntur ad eductionem. Primum quod materia substentet formam, secundum, quod agens in materiam operetur ex illa extrahens formam, hoc est facit vt actu existat forma concurrente materia, & ita videntur formæ materiales contineri in virtute, & potentia materiæ, hoc est in materia est virtus, & potentia substentandi formam, & simul cum agente naturali operante circa materiam, ponendi formam in esse; agens enim naturale se solo non potest illam formam producere vt patet in Statuario, qui se solo non potest statuam efformare, sed requiritur Marmor V.G. ergo Statuarius simul cum Marmore habet potentiam ponendi Statuam in esse, ergo materia aliquo modo concurrit ad dandum esse formæ.

alia materialis qua educitur eductio

5 Ita est verũ vniuersaliter quod formæ materiales educantur de potentia materiæ, vt etiam accidentia supernaturalia educantur ab agente supernaturali de potentia obedientiali subiecti, scilicet animæ rationa-

etiam supernaturalis.

les habentis respectu ipsorum, rationem subiecti, quamuis communiter dicantur talia accidentia infundi in animam, non educi, sed hoc fit, vt significetur illa non produci à causa intrinseca, sed ab agente supernaturali concurrente tamen anima rationali. Idem dic de forma quæ supernaturaliter producatur in materia præexistente, vt fuit in conuersione aquæ in vinum in nuptijs Canæ Galileæ quod fuit miraculum quò ad modum, vt diximus supra Centiloq. 32. num. 21.

Etiam Violentæ. 6 Non aliter dicendum est de formis materialibus subiecto tamen violentibus, cum sit eadem ratio, cum hoc tamen discrimine quod formæ quæ violenter se habent subiecto educuntur de potentia subiecti quò ad substantiam licet quo ad modum non ita, cum non educantur iuxta exigentiam subiecti. Hoc modo in Mundi principio fuerunt formæ materiales eductæ de potentia materiæ, etiam si in Genesi multoties inueniatur verbũ *creatio* hoc enim sumitur ratione materiæ, sicuti ibi dicitur homo creatus, idest ratione animæ rationalis, & sic multoties creatio sumitur lato modo prò vna parte scilicet, quæ creatur in composito.

7 Dices Cæt. ræ formæ composi-

ti

ti educuntur de potentia materiæ, ergo etiam anima rationalis: aliter enim non potest saluari quomodo diffundatur peccatum originale. Resp. negando consequentiam, & ratio est quia quid quid gignitur ab agente naturali, gignitur ex materia præexistente, ex cuius potentia educitur cum ex nihilo nihil fiat naturaliter, sed anima rationalis non gignitur ab agente naturali, quia si hoc esset educeretur de potentia materiæ, adeoque ab ea penderet in esse, quod non potest dici, quia aliter non posset subsistere separata à materia, quod est contra fidem: ex cuius auctoritate non solum habetur subsistere separata, sed etiam esse creatam à Deo, vt fatetur magister sententiarum in secundo dist. 18. sic dicens *Catholica Ecclesia animas in corporibus seminatis atque formatis infundi, & infundendo creari docet*; sic sentiunt comuniter Theolog. dicto loco & præcipue S. Thomas prima parte q. 118. art. secundo vbi sic habet *Hereticum est dicere quod anima intellectiua traducatur cum semine*, & secundo contra gentes c. 86. asserit *Traducem esse errorem Apolinaris*, & sequacium. Itaque anima rationalis vt spiritualis, non potest educi de potentia materiæ, sed creatur à Deo, & infunditur, nec per Tradu-


Anima rationalis non educitur.

creatur & infunditur.

ducem gignitur. Ad id vero quod additur non posse saluari aliter transfusio peccati originalis. Respondeo cum S. Thoma prima secundæ q. 81. art. 1. in corpore, & ad secundum, quod contrahitur peccatum originale in tantum, in quantum filius vere accipit naturā humanam à parente, & hic ab Adamo, quia quamuis parens non sit causa immediata animæ rationalis ipsius, tamen est causa immediata vltimæ dispositionis ex qua habetur vnio animæ cum corpore, adeoque constitutio hominis, ergo sicuti in prole per virtutem seminalem traducitur humana natura à parente, ita cum natura naturæ infectio, ergo non requiritur ponere Traducem præsertim cum virtus seminalis vt materialis non possit causare animā rationalē, vt spiritualem videatur Valen. To: primo disp. 6. quest. 8. punt. 2.

Trasfusio peccati originalis.

anima rationalis non traducetur.



CEN-

CENTILOQ. XXXIV.

De Priuatione.

1 PRiuatio quæ *est carentia formæ in subiecto apto* apertissime patet quod datur, cum detur de facto carentia formæ in subiecto apto vt videre est in ligno, quod est aptum habere formã ignis, quã caret, ergo datur priuatio, ad cuius constitutionem duo requiruntur, videlicet in recto carentia formæ, & aptitudo subiecti in obliquo, & per hoc secundum distinguitur à negatione, quæ non dicit subiecti aptitudinem.

Priuatio quæ.

Datur

Discrimen à negatione.

2 Cum ad multiplicem acceptionem aptitudinis multipliciter accipiatur priuatio, multis quidem modis potest contingere; & primo prò carẽtia formæ in subiecto, quod non est aptum habere talem formam sed forma ipsa est apta esse in aliquo subiecto, sic dicitur planta priuata visu. Secundo prò carentia formæ in subiecto quod habet aptitudinem ad illam non ratione speciei, sed ratione generis, ita Talpa dicitur priuata visu. Tertio prò carentia formæ in subiecto quod sit aptum ratio-

Quot modis priuatio.

1.

2.

3.

ne generis speciei, & nō tamē secundum determinatam partem corporis vt homo habet priuationem visus in pedibus.
4. Quarto prò carentia formæ in subiecto apto secundum genus speciem, & determinatam partem, non vero secundum determinatum tempus; Ita Catuli ante decimum Diem dicuntur habere priuationem
5. visus in oculis. Quinto Tandem propriissime prò Carentia formæ in subiecto simpliciter apto secundum genus, speciem, determinatam partem Corporis, & secundum tempus vt Cæcitas in homine, dicitur proprie priuatio visus.

3 Nullum aliud habet esse Priuatio, quam abusiuum nemine cogitante; esse enim abusiue priuationem, est non esse formam in subiecto apto, sed nemine cogitante, & absque operatione intellectus est non esse formæ in subiecto apto, ergo nemine cogitante priuatio habet suum esse abusiuum, idest independenter ab Intellectu, non est forma in subiecto apto illam recipere, ideoque priuatio non est purum nihil, idest negatio omnis entis, sed est Priuatio talis entis cum aptitudine subiecti, aptitudo vero cum sit realis non exigitur à Priuatione ratione sui, sed ratione formæ.

Habet esse abusiuū.

4 Nullus itaque remanet locus affe-

asserentibus Priuationem esse quid reale, vt Manich. apud Agust. lib. 3. Confes.c. 7. affirmantes malum quod est Priuatio boni, esse Positiuam naturam: & vt alij volentes esse modum realem, vel Decretum Dei. Quia Aristoteles hic Tex. 65. & 69. ait Priuationem esse (prò vt distinguitur à materia) non ens simpliciter, quod non potest conuenire, neque Decreto Dei, neque alio positiuo reali. Adde quod posito subiecto apto, & quocumque alio ente reali tam positiuo quam negatiuo ablato, remanet priuatio in subiecto: posito enim aere V.G. & ablato quocumque alio ente reali, adhuc in aere remant carentia lucis, quam potest habere, ergo non est ens reale. *Nullo modo est quid reale:*

5 Ob: Terminus actionis realis, est realis, sed Priuatio est terminus actionis realis, ergo est realis. Respondeo, quod terminus specificans realiter actionem realem est realis, vt est forma, quæ proprie est terminus specificatiuus actionis agentis, & non Priuatio, quæ solum abusiue, vt est suum esse, & ratione formæ est Terminus specificans, quatenus scilicet agens producendo aliam formam expellit à subiecto priorem, & ita dat esse abusiuum Priuationi, & abusiue etiam eius actio termina-

tur ad Priuationem, sed proprie, & realiter terminatur specificatiue ad formam, vt patet.

Obiect. 6 Ad id vero quod dicitur Priuationem vt Principium dare esse positiuum reale ideoque debere esse præditam tali esse reali, nemo enim dat, quod non habet, sed nullum aliud habet esse reale positiuum Priuatio cum sit reiectum à scholis, vt hereticum figmentum malum, & negationem esse quid positiuum, ergo restat vt in tãtum habeat esse reale Priuatio, in qnantum est Dei decretum. Facilis est responsio, quia formam non esse in subiecto apto, habetur quidem per decretum Dei, sed

Solutio non est ipsum decretum Dei, sicuti quod sit Petrus in mundo habetur per Decretum Dei, sed non est ipsum Decretum Dei, sed est alia entitas omnino diuersa vt patet, aliter enim omnia essent decretum Dei, quod à nullo Philosopho dictum est, præsertim cum antiqui non agnouerint Deum vt agens liberum; diuersa itaque est entitas decreti Diuini ab entitate priuationis, quæ cum se habeat vt Terminus à quò, & vt pars componens transiens in fieri, & non componat permanendo, sicuti alia principia, certe ipse Terminus à quo cum alijs principiis potest concurrere ad dandum esse positiuum

com-

composito, & illud Principium *nemo dat quod non habet* verificatur de causa efficienti, in alijs potest falsificari, tempus enim habetur per prius & posterius, sed prius non adest, & peccatum habetur per negationem rectitudinis, ergo etiam Priuatio potest concurrere ad dandum esse in fieri vt Terminus à quo, & hoc modo concurrit ad perfectionem Vniuersi, & dat ansam laudandi Deum. *Principium.*

7 Cum vnum, & multiplex, & similia prædicata proprie conueniant tantum enti reali, ideo priuationi, quæ habet esse abusiuum non conueniunt talia prædicata nisi abusiue, & ratione formæ, & sic Priuatio potest dici multiplex abusiue ad multiplicitatem formarum ad quarum distintionem specificam, vel numericam dicuntur abusiue distingui etiam Priuationes, quia in quantum vna forma est specie, vel numero diuersa ab alia etiam earum priuationes inter se, quæ pariter accipiunt abusiue multiplicabilitatem numericam ex multiplicabilitate compositi, cum non sit eadem priuatio ignis, quæ est in stuppa, & in ligno, vna enim potest deperdi sine alia vt patet. Itaque quando ab Aristotele dicitur vna numero Priuatio cum materia intelligitur quatenus priua- *multiplicitas Priuationum.* *Quomodo vna Priuatio.*

tio de se non distinguitur à materia realiter, vel quatenus dicitur vnum demonstrabile. Sic etiam quando numeratur inter entia intelligitur non quatenus habet esse realis entitatis, sed esse veritatis, in quantum scilicet affirmare quod priuatio rebus conueniat, est verum.

Infinitas Priuationũ

8 Deducere ex multiplicitate priuationum per multiplicitatem infinitam formarum possibilium dari actu infinitas priuationes in vno subiecto, vel nihil arguit contra admittentes non implicare infinitum Cathegorematicum, vel non arguit dari actu infinitas priuationes cum formæ non possint esse infinitæ Cathegorematicæ, vel non dicunt implicantiam infinitæ negationes, sicuti dicunt infinita entia realia, sed quidquid sit de hoc videbimus infra de infinito.

Quãdo principiat priuatio.

9 Priuatio cum sit principium vt terminus à quo debet principiare quando actu primo non est quia terminus à quo principiat quando mobile in illo non est, sed quando recedit ab illo, aliter enim non esset terminus à quo, sed in quo, & sic non esset mutatio. Et hoc non solum in mutatione instantanea, in qua est simul fieri, & factũ esse sicuti quando infunditur à Deo anima in fœtu, in qua mutatione sicuti non

muta t. Instanta. a.

po-

potest esse priuatio in facto esse, ita neque in fieri, sed etiam in mutatione successiua, quæ fit per partes, quando V. G. producitur primus gradus caloris postea secundus &c. in quâ mutatione quando fit in subiecto vna pars formæ, tunc non potest esse in illo pars priuationis principians correspondens præsenti formæ, aliter non esset illa pars formæ, vt constat, ergo priuatio semper princpiat quando primo non est: intelligendo nomine generationis ipsam productionem formæ substantialis, non vero præuiam alterationem, quia in præuia alteratione reperitur Priuatio, quæ cum sit Principium vt terminus à quo non est necesse vt reperiatur simul cum principiato simultate coexistentiæ, sed sufficit si coexistat simultate necessariæ consequentiæ, sicuti se habet vna pars horæ, quæ expellit aliam, & tamen constituit tempus


mutatio successiua.

Quomodo est cum Principiato.

10 Obijci potest, quod Priuatio est principium inquantum non ens, sed non est non ens nisi quatenus remouet formam, ergo non est principium nisi quatenus remouet formam, sed dum illam remouet, adest. ergo principiat quando adest. Resp. quod priuatio est principium in quantum non ens transiens, non vero in quantum non ens permanens,

nam quando permanet priuatio, res non principiatur, ergo non est principium in actu secundo quatenus remouet formam, quia tunc dicitur principium in actu primo, sed est principium in actu secundo quando subiectum recedit à priuatione, ergo quatenus primo non est priuatio, & primo est forma. Hoc totum intelligitur in quacumque mutatione substantiali etiam instantanea in quà licet simul sit fieri, & factum esse, tamen priuatio cum ingrediatur solum in conceptu mutationis intelligitur ingredi in ipso fieri solum, & non in facto esse cum mutatio, & motus sit in fieri non in facto esse: nam in facto esse est terminus.

occurritur. Obiect.



CEN-

CENTILOQ. XXXV.

De Natura,

1 VIsis Principijs in suo esse constituentibus res naturales sẽsibiles, ideſt res habentes naturam ipſam offert Ariſtoteles explicãdam nunc ad meliorem cognitionem rei naturalis. Multipliciter Natura dicitur, Primo ſumitur pro Deo, 1. dicitur Natura Naturans, ſeu natura Creatrix, vt loquitur S. Aug. Secundo prò collectione cauſarum 2. includente etiam Deum, vt cooperatorem cum cauſis ſecundis, & ſic dicitur Deus, & Natura nihil faciunt fruſtra. Tertio prò collectione 3. rerum ſolum Creatarum, & dicitur Natura Naturata, Quarto prò ge- 4. neratione viuentium à naſcẽdo ideſt naſcitura. Quinto pro eſſentia cu- 5. iuslibet rei, ſic dicitur eſſe vnam naturam in tribus perſonis Diuinis: Sexto prò inclinatione ipſius rei, vt 6. cum dicitur. Natura lapidis eſt deſcendere. Septimo prò temperie, 7. ſic dicitur malencoliam eſſe Naturam malencolici. Octauo Tandem prò principio motus ſenſibilis, & 8. quie-

Natura multipliciter.

quietis, & in hoc sensu accipitur hic Natura, ex qua habetur compositum naturale.

Natura multipliciter. 2 Naturale pariter multis modis habetur, ideo ne in æquiuocum laboremus distinguendum est. Et primo 1. sumitur naturale prò eo quod non est ab Arte sed à principio intrinseco quod opponitur artificiali. 2. Secundo prò eo quod debetur creaturæ, cuius vires non excedat neque secũdum modum, neque secundum substantiam, & sic opponitur supernaturali. 3. Tertio pro eo quod inuoluit determinationem ad vnum, & sic opponitur libero, vt cum dicitur ignis 4. est naturaliter calefacere. Quarto pro eo quod res habet intrinsecam inclinationem, vt lapis descendens, & sic opponitur violento quod est à Violentum. principio extrinseco vim non conferente passo, vt motus sursum in lapide. 5. Quinto prò eo, quod fit à potentijs sine habitibus, vt vox natu- 6. ralis, & opponitur acquisito. Sexto Tandem pro eo, quod habet in se principium motus sensibilis, & quietis, idest naturam de quà propriè est sermo, sic dicitur homo est compositum naturale.

3 Hæc Natura scilicet, quæ est principium motus, & quietis, & ex Natura datur. quà habetur naturale, idest compositum ex materia, & forma experientia

tia videtur dari, quoniam experimur aliqua moueri ab intrinseco, vel motu locali vt lapis descendens, vel motu augumentationis per intra susceptionem alimenti, vt Planta, & Animal, quæ crescunt ab intrinseco. Non potest tamen demonstrari à priori, cum non sit causa efficiens necessaria ex qua possit desumi demonstratio, nam causa efficiens, vel est Deus, & hæc libere operatur, vel si est causa naturalis certè nobis non innotescit à priori: Neque potest ex causa finali quæ cum præscindat ab existentia non potest probare existentiam alicuius, nam à possibili non bene infertur actuale; & dum existit compositum est effectus non causa finalis: neque potest ex causa materiali, & formali ne probaretur idem per idem, ipsa enim materia, & forma sunt natura Recte igitur ab Aristotele secundo Physicorum Tex. 6. rediculum esse tentare dari Naturam loquendo de Demonstratione à priori.

Non à priori demonstratur.

Creatis

4 Veruntamen per deductionem ad impossibile potest probari, vt possunt probari à Meth. omnia alia principia. Quin etiam potest demonstrari à posteriori, quoniam ita potest formari argumentum demonstratiuum per medium petitum ab effectu idest à motu à principio

Potest demonstrari à posteriori.

non

Ratio. non intrinseco. Sic *Vbicumque datur motus à principio non extrinseco, ibi datur principium intrinsecum illius quod est natura, sed datur motus à principio non extrinseco, ergo datur motus à principio intrinseco quod est natura.* Non valet dicere quod hec non sit demonstratio ex eo quod in minori, idest (*motus à principio non extrinseco*) habeatur cognitio motus à principio intrinseco quod est natura, cum *esse motum à principio non extrinseco* tollatur per *esse motum à principio intrinseco*, ergo non est processus ex noto ad ignotum, cum vtrumque simul innotescat. Quia, & si motus à principio non extrinseco sit idem realiter cum motu à principio intrinseco, quod est Natura, tamen non est idem formaliter, & hoc sufficit adhuc vt possit esse medium ad Demonstrationem, sicuti licet sit idem realiter risibile, & rationale, quia tamen non est idem formaliter potest haberi demonstratio à posteriori dicendo omne risibile est rationale, omnis homo est risibilis, ergo omnis homo est rationalis.

alia ratio quando non demonstretur ab effectu. 5 Accedit quod duobus capitibus aliqua causa non potest demonstrari ab effectu. Primo si causa quæ demonstranda est, sit per se nota, & quantum ex hoc cap. Natura potest demonstrari, quia non est

est per se notum naturam esse, quoniam vel esset notum ex terminis, vel cognitione experimentali, non secundo modo, quia cum natura sit substantia non est sensibilis, nisi per accidentia; Neque primo modo, propositio enim nota ex terminis habet prædicatum necessario connexum cum subiecto, cum propositio nota ex terminis debeat semper, & necessario esse vera. Hæc autem propositio *Natura est existens* non est necessaria cum prædicatum non sit necessarium, nam Natura non semper fuit existens, & à Deo potest annihilari. *Natura per se quid, & quotuplex.*

6 Secundo si causa, quæ demonstranda est statim innotescat in præmissis; sed non statim innotescit in præmissis natura per medium petitum à motu à principio non extrinseco; cum non sit idem formaliter vt dixi, motus à principio non extrinseco, & motus à principio intrinseco, licet sit idem realiter; ergo per hoc etiam potest demonstrari: aliter enim neque potest demonstratio haberi in regressu, cum conclusio posterior innotescat aliquo modo in præmissis prioris argumenti, in quo quia cognoscitur per diuersum motiuum, regressus est demonstratio, ergo etiam in casu nostro est Demonstratio cum cognoscatur *Instantia*

per

per quid formaliter diuersum.

7. Natura de quà est sermo, dicitur *principium, & causa mouendi, & quiescendi in eo in quo est primo, & per se, & non secundum accidens ita.* Aristoteles hic Tex. 3 sed vt clarius appareat explicentur particulæ, Igitur in tantum ponuntur, *principium, & causa?* in quantum, & si omnis causa sit principium, tamen Aristoteles addit vtrumque, vel ad maiorem explicationem, vel vt ostendat Naturam debere esse causam primam, & radicalem motus, ideoque excluduntur causæ instrumentales, & subordinatæ causis principalibus, vt est grauitas V. G. in Terra quæ facit vt Terra descendat non vt causa prima, sed vt instrumentum subordinatum formæ Terræ, quæ est prima etiam radicalis causa illius motus. Exluditur etiam priuatio, quæ non est causa, sed Natura debet esse principium, & causa simul non vt *Quod*, Quod est totum, quod denominatur moueri, vt est lapis V. G. sed vt *Quo* illud mouetur, vt forma lapidis V. G. est principium, & causa descensus. Quia principium aliud est actiuum vt forma aliud est passiuum vt Materia ideo vtrumque intelligitur, vt patet ex Aristotele dum hic Tex. 12. ait formam esse magis naturam quam

Natura quid.

Principium passiuũ, & actiuum.

quam materiam itaque supponit materiam esse naturam, & patet etiam in Cœlo in quo est principium passiuum motus, cum actiue moueatur ab intelligentia.

8 Dicitur *Mouendi, & Quiescendi*, idest motus, & quietis quæ sunt proprietates naturæ, & ex hoc patet esse descriptionem traditam per passiones. Nomine motus intelligitur quodcumque genus mutationis naturalis sensibilis, ideoque excluduntur motus spirituales, vt sunt motus Angelici, & motus præter naturam, vt est motus sursum lapidis. Nomine vero quietis intelligitur carentia motus Physici, & naturalis in subiecto apto. Quare hæc carentia seu quies inuoluit perfectionem aliquam, quam res habet, vel dum est coniuncta cum suo loco naturali, aut cum aliqua perfectione intrinseca quam illic habet, cui sit coniuncta carentia motus; ideoque Quies est status, & permanentia rei in ea perfectione intrinseca, quam res ipsa consequitur per motum ad suum statum, vel motum naturalem, & quando Aristoteles distinxit naturalia, ab artificialibus per principium motus, ita dixit motum vt implicite distinxerit per quietem etiam, quia in artificialibus materia non dicitur proprie quiesce- *Quies.*

re

re sub forma artis, sicuti quiescunt naturalia sub forma naturali.

Particula Et in naturæ definitione.

9 Particula *Et* respectu naturæ in comuni intelligenda est coniunctiue, respectu vero determinatæ, & particularis, intellligenda est disiunctiue, ita vt sit sensus Naturam quamlibet particularem esse principium, vel solius motus vt in Cœlo. V. G. vel motus scilicet, & quietis, vt in lapide descendente, & in ligno verso in ignem. Sumitur itaque in hac descriptione particula *Et*, sicuti est sensus in definitione animæ quæ dicitur esse id, quo viuimus, & sentimus, & mouemur & intelligimus primo, & tamen non quælibet anima habet omnes istas operationes, Vegetatiua enim in Planta non intelligit neque sentit. Sensus igitur est viuere in viuentibus esse ab anima, sentire in sentientibus esse ab anima, intelligere in intelligentbius esse ab anima, sed in anima in comuni accipitur collectiue sic etiam moueri naturaliter sensibiliter prouenit a natura, & naturaliter quiescere prouenit pariter à natura, sed in ratione communi sumitur collectiue.

Pariter in definitione animæ.

10 Et quamuis disiunctiue sumatur in ratione particulari, tamen non potest dari natura, quæ solum inclinet ad quietem, quia cum motus sit me-

medium ad eam quietem acquirendam, si quies ammittatur cum detur inclinatio naturalis ad quietem reacquirendam, pariter datur inclinatio ad motum, vt ad medium, quo acquiritur quies. Ex hoc patet quod motus, & quies non sunt semper opposita, sicuti non sunt opposita in hac Definitione cum quies hic consideretur vt subordinata motui qui est via ad illam, ideoque idem potest esse causa motus, & quietis illius motus, viæ scilicet, & termini. Sunt solum opposita proprie motus, & quies loquendo de quiete, quæ est terminus à quo motus naturalis, vel sunt opposita quatenus non possunt esse simul simultate coexistentiæ, nam subiectum non potest eodem tempore quiescere, & Moueri.

Motus, & quies quando opponũtur.

11 Dicitur *in eo in quo est* vt sensus sit, natura est principium, & caussa motus, & quietis in eo in quò est principium tale, & caussa, aliter descriptio posset applicari etiam Intelligentijs, quæ sunt principium motus sensibilis in Coelo in quo est motus, & tamen Intelligentiæ non habent naturam hic definitam cum non componãtur ex materia, & forma, & sint solum spirituales iuxta illud Psal. 103. *Qui facis Angelos tuos spiritus*, idest qui facis Spiritus

Angeli spirituales.

tuos nuntios, & ministros. Sic etiam excluduntur à ratione naturæ non solum composita, cum non sint in alio, sed habent naturam, verum etiam agentia per actionem transeuntem, quæ licet operentur motum sensibilem, tamen non sunt principium intrinsecum motus in eo in quo est tale principium vt diximus requiri ad naturam, & vt vult etiam Aristoteles 9. Meth. aiens Naturam esse principium *motiuum non in alio, sed in ipso prò vt ipsum*. Et quando dicitur ab Aristotele, & comuniter esse naturale quod forma producat sibi simile, & quod ignis calefaciat sit naturale, accipitur naturale in talibus, & similibus Casibus non vt hic definitur, sed vt naturales opponitur libero, & hoc modo dicitur etiam hirundini esse naturale nidificare.

Occuritur. Obiect.

12 Dicitur *primo*, & *per se*, quæ particulæ coniungendæ sunt cum verbo *in esse* quia in re illa, quæ mouetur non inest principium aliquod illius motus, quod sit prius ipsa natura. Licet enim in composito reperiatur materia aliquo modo prior forma, cum tamen totum quod est subiectum motus dicat vtramque partem vnitam ideo non potest vna pars scilicet materia esse in composito vt composito prius

quam

quam in illo sit alia.

13 Additur tandem particula, & *non secundum accidens* ad maiorem explicationem, & per illas particulas excluduntur qualitates motiuæ V. G. grauitas, & leuitas, cum non sint principia, quæ primo insint subiecto quod mouetur nam ante istas qualitates intelligitur forma substantialis quæ est principium motus sursum, & deorsum. Excluduntur etiam artes quæ sunt principium motus in eo in quo sunt ipsæ artes vt ars saltandi V. G. quia sunt per accidens, & non primo, & per se in eo quod mouetur. Itaque excluduntur omnia accidentia, quæ non insunt primo, & per, se vt ait *Aristoteles* hic Tex. 4 dicens *Omnia quæ habent naturã substantiam*, & sic Horologium non dicitur habere naturam, etiam si moueatur quia est aggregatum accidentale, sicuti nec exhalationes, & Vapores ex eo quod moueantur sursum dicuntur habere naturam, quia leuitas inest illis per accidens non primo, & per se, & quando dicitur de natura leuis est ascendere intelligitur de essentia leuis est ascendere, non vero de essentia rei, quæ denominatur leuis, est ascendere, nam essentia ignis V G. seu vaporis quæ denominantur res leues, non est ascendere

Motus progressiuus. dere vt patet. Non tamen excluduntur motus progressiuus etiam si sit laboriosus per emissionem spirituum, & non ex eo quod sit contra naturam, nec motus augumentationis, aut alterationis, quippe qui habentur primo, & per se à natura.

Quæcūque forma natura. 14 Formam substantialem esse Naturam non est dubium, imò magis natura, quam materia, cum materia sit natura per formam, ergo multo magis forma, vt dixi supra cum Aristotele qui 5. Meth. Tex. 5. etiam docet Omnem substantiam esse naturam per ordinem ad formam, itaque quæcumque forma substantialis Natura est, cū sit principium intrinsecum multorum motuum, vt habetur tertio de Coelo Tex. 1. Nec excluditur anima rationalis vt spiritualis ipsa enim est principium intrinsecum aliquarum operationum Physicarum, vt admirationis, risus, fletus, quinetiam intellectionis, sed hæc licet non sit formmaliter motus physicus tamen cnm in hac vita sit coniuncta cum motu physico Phanthasma. tum sufficit ad saluandam rationem naturæ. Adde etiam quod habetur motus progressiuus mediante cognitione, & appetitu non solum sensitiuo, sed etiam intelle-

tellectiuo, cuius principium est anima rationalis, quæ sufficit vt sit in subiecto recipiente non substentante. Itaque anima rationalis pertinet ad Physicam, vt est aliquo modo sensibilis quatenus scilicet dependet à sensibus, & Phantasmatibus sensibilibus in operando, dum est in Corpore, & sic sub hac consideratione potest dici natura.

15 Materia est natura vt probatum est ex Arist. sed non quatenus præcise sumitur materia, & eius entitas, vt asserit lib. 2. Tex. 11. & 12. ex similitudine artificiati, quod habetur solum dum est forma Artis & patet etiam quia materia præcise secundum se considerata est indifferens ad motus bonos aut malos composito, ergo secundum se considerata non potest esse natura, quæ semper intendit motus bonos composito. Itaque est natura pro vt est determinata a forma quoniam tunc est principium passiuum cum inclinatione ad motus qui sunt connaturales composito in quo dicũtur dari duæ naturæ completæ si accipiatur natura prò vt hic definitur, cum dentur materia, & forma. Si vero accipiatur natura pro essentia datur vna essentia completa quæ completur ex duabus incompletis ex materia scilicet, & forma, & sic pa-

Materia est natura

motus malus non intendi-

cet materiam esse naturam, & intendere motus bonos cōposito quatenus est eius pars, & vt determinata à forma, nam vt indeterminata, & præcise sūpta, est indifferēs ad motus bonos, vel malos connaturales, & non cōnaturales composito. Quando vero est motus malus cōposito vt V. G. dum læditur Cerebrum à spiritibus calidis quos refrigerat tūc certe talis motus malus non intenditur à natura, sed prouenit ex necessitate materiæ sicut Erugo non intenditur à natura in ferrum, sed habetur ex necessitate materiæ;

Potentia passiua neut.

16 Si datur in composito quædā potētia passiua quæ vocetur neutra, idest quæ ad aliquē actū forma, vel cōpositum, neq; habeat repugnātiam neq; inclinet, vt motus illuminationis in aere, vt apud Suarez disp. 43. Meth. sec. 4. n. 11. & 13. Certe si ad talē motum passum confert non erit violentus secūdum præsentē considerationem. Si vero non confert passum ad illum motum, erit ille motus violentus, vt habet Aristoteles tertio Ethic. c. p. aiens *motum violentum esse cuius principium extrinsecum est. nihilque ad id confert ille qui cogitur* idest vt aliqui explicant.

motus violentus.

Motus violentus est ille qui est à principio extrinseco nullam vim conferente passo, sed si erit violentus non erit

con-

connaturalis. Et ex hoc deduci potest quod si materia esset natura secundum se considerata materia, nullus motus esset violentus, quia semper concurrit passum, tunc vero non concurrit materia, quando accipitur materia prò vt determinata forma, quia túc vel confert, vel non confert passum, ergo prò vt talis est natura. *materia natura, vt determinata.*

CENTILOQ XXXVI.

De Arte.

1 MEmbrum contradistinctum naturæ est Ars quæ vt melius innotescat præter ea quæ alibi dicta sunt, hic præcipue per conuenientiam, & differentiam quam habet cum natura explicatur conuenit itaque primo Ars cum natura quia producit effectum similem Ideæ. Secundo conuenit, quia præsupponit subiectum in quod introducitur forma. Tertio quia effectus certa lege & perscriptione habetur. Quarto sicuti in natura aliquando dantur monstra, & casus ita etiam in arte vt narrat Plutarcus in Opusc. de fortuna, vbi ait Pictorem iratum compinxisse spumam de Ore Equi Emanentem ictu spongiæ varijs coloribus redimitæ, cum tamen *Ars conuenit cũ natura.* 1. 2. 3. 4. *malum causat aliquã do bonũ.*

men arte studioque facere id nequi-
uisset, & vt sexcenti alij casus nar-
rari possunt, quorum aliquos vi-
deas apud Plinium præcipue lib 35.
natural. histor. Quinto Tandem
5. ab imperfectioribus ad perfectiora
tá a natura quam ab arte est trāsitus.

2 Differunt inter se quia natura
tam in internis, quam in externis
Differt versatur Ars vero solum in super-
1. ficie, quam transfigurat, vel ad-
dendo, & componendo, vt edifica-
Quot toria: vel detrahendo, vt scultura
modis vel reformando, vt ars figuli &c.
Ars. Secundo Differunt quia Ars est im-
2. mitatrix veri, nam constituit figu-
ram hominis V. G. natura vero con-
stituit verum hominem. Tertio for-
3. ma, quæ habetur a natura est acti-
ua, & quasi viua cum sit principium
motus: figura vero artis nihil aliud
est quam compositio seu ordo seu
figura quidam modus, seu determinatio
qua. quantitatis. Quarto formæ artis non
4 consequuntur actionem artis domus
enim non facit domum, vt homo fa-
cit hominem. Quinto Ars perficit
5. naturam, ideoque dicitur quod vbi
desinit natura incipit Ars. Sexto
6. subiectum naturæ est materia, Ar-
tis est semper compositum. Septimo
7. Ars non est principium primum mo-
tus vt est natura. Octauo Natura est
8. substantia Ars est accidens. Nono
Om-

Omnes partes rei naturalis sunt à natura non ita in arte in quâ est subiectum, quod non habetur à natura. 9.
Demum Ars est extrinseca rei artificiatæ, natura vero intrinseca rei naturali. 10.

3 Ex istis discriminibus, & conuenientijs apparet Artem non posse propria virtute facere effectus quos potest natura, quia cum Ars nihil aliud sit quam aggregatum præceptorum ordinatorum, ad talia & talia opera facienda, apparet illam non habere vim producendi effectus, quos natura potest, illos tamen potest gignere effectus non ex propria intrinseca virtute, sed viribus naturæ applicãdo scilicet actiua passiuis, vt euidentissimum argumentum est ars medica, quæ parit sanitatem quæ est effectus naturæ, applicando actiua passiuis. Quarto Ad aliquas experientias, quæ possunt adduci ad comprobandum artem posse parere propria virtute effectus quos potest natura, vt potest dici de Columba lignea volante Archimedis, de Virgis magorum Pharaonis, in serpentes versis &c. Debet responderi, quod tales effectus, vel sunt per applicationem actiuorum passiuis, imò etiam per virtutem rei naturalis, vt per argentũ viuũ V. G. & per pondera bene libra-

Ars nõ potest quod natura.

Explicantur Casus.

ta, in Columba, vel sunt per virtutem extra naturam, nempe Demonum, vt consentaneum est hoc modo dicere de Virgis Magorum deque anulis Astronomicis quæ de se non habent virtuté, sed vt seruant mere quædam signa quibus positis Demones ex pacto, vel expresso, vel tacito operantur vt infra centiloq. 17. n. 27.

Chimica impossibilis moraliter.

5 Potest addi pro roboratione Alchimia quæ facit verum aurum, sed hæc si facit efficit applicando actiua passiuis, & non propria virtute. Imo mihi videtur moraliter impossibile aurum verum posse fieri arte chimica quia est moraliter impossibile, quod ars possit attemperare Calorem, & alias dispositiones necessarias ad aurum verum efformandum sicuti est calor solis, & illæ dispositiones, quæ sunt in visceribus Terræ vbi efformatur tale metallum. Dixi esse moraliter impossibile ex nimia difficultate non video tamen impossibilitatem physicam cum non, implicet contradictionem. Imo referuntur multissimi euentus in historijs, quibus comprobatur aurum posse fieri ex arte; ita inter alios mirabilis est Clauus farreus pro medietate in Aurum conuersus, qui osseruatur inter res pretiosas, & mirabiles apud Serenissimũ magnum Etruriæ Du-

Physica possibilis.

Ducem Et quod dicitur de Auro idem dic de Argento &c.

6 Merito à legibus damnatur talis Ars ex pluribus capitibus. Et primo quia si fit aurum ex arte, vt plurimum non est verum, sed verisimile, adeoque homines decipiuntur cum tractu temporis, & colorem, & pondus, & alias qualitates immutet. *Dānatur.* 1. Secundo quia cum aurum adhibeatur in medicina, si esset arte factum, & non haberet omnes illas qualitates quas habet verum aurum naturale non solum non roboraret, sed diminueret vires. 2. Tertio quia etiam si aurum ex Arte fieri possit verum, cum tamen vt plurimum tota facultas, & res familiaris dilapidetur absque eò quod ad finem perueniat optatum, ex nimia difficultate, debet respublica huic dilapidationi consulere, & casus particularis non derogat legi Vniuersali 3.

7 Quarto quia etiamsi Arte aliquis in particulari vtilitatem recipiat, tamen malum infert, & damnum Reipublicæ humanæ, quia maior vtilitas auri est ex venustate, & quia sine labore magna copia nũmorum in paruo potest transferri ad comparandas merces ex alienis regionibus, sed si daretur ars, qua efformaretur aurum in maxima copia, ista bona cessarent, vt patet, cum 4. *Chimica infert damnum.*

venustas, & valor proueniat maxime à raritate, sed tunc non esset amplius raritas, ergo esset tunc aurum, sicuti nunc est æs si esset in tanta copia, imò esset minoris valoris, & venustatis si esset in Maiori copia.

5. Quinto demum cum auiditas humana sit talis ac tanta, vt etiam per illicita media ad talem finem peruenire conetur, ideo vt huic malo prouideatur talem artem prohibere equum fuit, Merito igitur Diocletianum Imperatorem omnes huius artis libros diligenter conquisitos comburendos iussisse habetur.



CEN-

CENTILOQ XXXVII.

De Causis in Communi.

1 ANtequam ad singula causarum genera descendamus, aliqua communia dicemus, Supposito vt notum est per experientiam, dari causam, cum notũ sit aliquid esse, quod prius non erat, sed hoc non habet esse à se (quia quod habet esse à se semper est, & est Deus, ergo habet esse ab alio, sed illud à quo habet esse est causa igitur patet dari causam, vt est ignis à quo habetur Calor. Supposito itaque dari causam optime dicetur *esse principium ex cuius virtute propria aliud accipit suum esse*; hoc modo enim explicatur causa in actu primo potens causare, cuius genus habetur per particulam *principium*, quod est magis latepatens, quam causa, vt supra explicatum est. Differentia vero sunt reliquæ *particula*, nam per particulam *ex cuius virtute propria* excluduntur conditiones, Instrumenta, & causæ remotæ. Ista enim non dant esse ex virtute *propria* sed ex virtute recepta ab ipsa causa immediata *Causa datur.*

 prin-

principali; approximatio non dat esse Calori, nisi ex virtute *propria* ignis, multo minus conditio, quæ sit negatio impedimenti, quæ cum sit non ens, non habet esse, & consequenter non potest continere in sua virtute effectum realem, sic Calamus non ponit effectum, nisi ex virtute propria Artificis scribentis; pariter nec panis, nec cibus, sed chylus virtute propria quatenus causa proxima dat esse nutritioni.

2 Per particulam *Aliud accipit suum esse* declaratur effectus, qui antea non habebat esse, quod recipit à Causis.

3 Ob: Christus habet esse, & à verbo, & ab humanitate, ergo Verbum habet rationem causæ, cum sit principium ex cuius virtute propria simul cum humanitate Christus accipiat suum esse, sed non potest explicari in quo genere causæ sit; non in genere causæ efficientis cum omnes tres personæ indiuisibiliter concurrant actiue ad quamcumque operationem ad extra, vt est Christi esse: non in genere causæ formalis quia dicit partem adeoque imperfectionem: non materialis, quia præter imperfectionem, quam dicit, vt pars continet imperfectionem, vt perfectibilis est: neq; finalis, quæ causat quando non est, nam quando

do est, est effectus vt vidimus, ergo non bene explicatur esse causæ per suprapositam definitionem. Resp. quod subsistentia Verbi in Christo potest reduci aliquo modo ad genus causæ formalis, quatenus dat suum effectum formalem subsistentis cum faciat subsistere humanitatem: proprie tamen non est causa formalis quatenus dicit partem, quæ imperfectionem importat. *Subsistentia Verbi in Christo.*

4 Non æque bene explicatur causa dicendo, vel *quod sit id propter quod res est* cum particula *propter* si stricte accipiatur soli causæ finali cõueniat: si late etiam cõditioni adaptetur, vel dicendo quod *sit ad quod sequitur aliud*, quia etiam principio lato modo sumpto, vt aurora cui sequitur aliud nempe Dies, vel dicendo, *quod sit quod influit in effectum*; quia hoc est magis ignotum, quam causare, & si aliud non addatur etiam causæ instrumentali, & conditioni potest conuenire vt patet. Itaque melius non potest explicari quam per esse principium ex cuius virtute propria aliud accipit suum esse. Hæc de causalitate in actu primo. *Non bene explicatur alio modo.*

5 Causalitas in actu secundo, seu causatio non dicit entitatem præcise acceptam (quam neque dicit causalitas in actu primo) cum possit esse entitas, & non causare: neque est *Causalitas in actu secũdo nõ Entitas.*

relatio prædicamentalis quæ, si daretur realis, consurgeret posito effectu, & per consequens posita causalitate, ergo antequam sit relatio, Est causalitas quinimmo remanet relatio etiam si non remaneat causalitas. Solũ itaq; remanet dicendum Causalitatem in actu secundo esse actuale exercitium virtutis causatiuæ, qua effectus accipit esse à causa in proprio genere causæ. Cum enim sint quatuor genera causarũ, vnũquodque habet propriam causalitatem, qua dat esse actualiter effectui. Efficientis causalitas est esse primum determinatiuum efficienter effectus ad existendum, ideoque efficiens definitur. *Principium vnde motus*. Causalitas materiæ est, esse partem perfectibilem, & determinabilem substentantem formam. Causalitas formæ est esse partem perfectiuam, & determinatiuam formaliter compartis substantialis ad dandum tale esse composito. Causalitas finalis est causalitas ipsius agentis operantis propter talem finem vt melius infra.

non relatio.

Causalitas in actu secundo qua.

Efficientis.

materiæ.

formæ.

finis.

6. Ex his colligitur non dari mutuam causalilatem. Primo quia idem acciperet esse a se. A. V. G. causat B. & B. dat esse, & causat A. sed in tantum B. causat A. in quantum B. recipit esse ab A. vt à causa, ergo reciperet mediate esse à se quod

mutua Causalitas non datur prima ratio communis.

quod non potest dici. Secundò quia si daretur mutua causalitas in eodē genere causæ, materia prima non esset prima, quia esset prima illa à qua causatur, cum causa semper habeat aliquam prioritatem. Sic si forma causaretur ab alia forma, illam reciperet ipse, & sic haberet rationem materiæ, & subiecti, & non rationem formæ: & quod reciperet patet, nam forma vt causet, debet informare, ergo debet recipi, sed si causaret formam reciperetur in forma, ergo forma illa esset subiectum. Si efficiens causaretur à suo efficiente, non esset simpliciter primum, & tamen definitur *primum principium vnde motus*. Tandem si finis ordinaretur ad alium finem, non haberet rationem finis, sed medij respectu finis ad quem ordinatur, ergo ne mutetur natura causarum non possunt in eodem genere, se inuicem causare. *secunda ratio pro eodem genere.*

7 Tertio quia Aristoteles primo posteriorum c. 3. ait *impossibile est eadem ijsdem simul priora, & posteriora*. sed si daretur mutua causalitas idem respectu eiusdem esset prius cum sit causa, & esset posterius cum sit effectus, ergo &c. Non respondeas quod hoc non vrget in diuerso genere causæ, quia in diuerso genere causæ quantum vis, adhuc causatur eadem *3. ratio* *pro diuerso genere.*

eadem numero entitas indiuisibilis, ergo reperitur implicantia quam dicit idem esse prius, & posterius, esse determinabile, & determinatiuum respectu eiusdem. Quarto quia Deus potest facere quod posita causa adæquata cum omnibus requisitis ad causandum, non causet, cum vltimum complementum causarum ad causandum sit concursus Dei, qui potest ab illo suspendi, ergo potest facere vt non causet, & non sit effectus. Sed si daretur mutua Causalitas Deus non potest suspendere suum concursum, ne sit effectus A. V. G. à causa B. quoniam Deus non potest facere quod sit effectus pendens à tali causa, & non sit eius causa, sed si daretur mutua causalitas B. est effectus A. ergo non potest suspendere suum concursum adhoc vt non sit effectus A. causatus à causa B. cũ B. sit effectus A. Si vero potest suspendere suum concursum, ne sit effectus vt potest, (Causa enim nullam habet dependentiam ab effectu) non esset mutua Causalitas.

4. ratio commu- nis.

8 Neque dicas dari mutuam causalitatem in eodem genere cum manus ad inuicem confricatæ se inuicem calefaciant. Quia confricatio, & motus causat vtrumque calorem vtriusque manus, sicut duo carbones igniti magis conseruant ca-

Obiect. pro eodem genere.

calorem non ex mutua Causalitate, *Resp.*
sed quia sic vniti sunt agens validius ad resistendum. Pariter calor in stomacho calefacit piperem, sed Piper non causat illum calorem, sed alium ab illo à quo Piper calefit. *Nota*
Itaque nunquam est mutua causalitas, quia vel sunt effectus simultanei prouenientes ab aliqua tertia causa sicuti se habet in ingressu venti, & aperitione fenestræ, qui sunt duo effectus causati ab impulsu venti, qui causat & aperitionem fenestræ & ingressum ipsius venti: vel non causat illam entitatem numero à quâ causatur. Sed aliam similem, sicuti gratia causat bonam operationem, sed bona operatio non causat illam gratiam primã sed aliam; sicuti diximus de pipere, & de calore.

9 Neque dicas dari mutuam causalitatem in diuerso genere causæ, sicuti in eodem ordine loci idem potest esse prius, & posterius respectu eiusdem secundum diuersa principia, nam illud quod est prius quarto V. G. incipiendo à destera manu est posterius eodem incipiendo à sinistra. Quoniam Causalitas in diuerso genere causæ non tollit, quod non vrgeant argumenta suprapofita cum eadem numero entitas, quæ est indiuisibilis reciperet dependentiam & independentiam, prioritatem rea- *Obiect. pro diuerso genere.* *Solutio*

realem, & posterioritatem realem respectu eiusdem cum ab eodem, accipiat esse cui dat esse. At in ordine loci, cum esse prius & posterius sit denominatio extrinseca, & non retineatur prioritas, quæ habetur incipiendo à dextera dum incipitur a sinistra, sicuti retinetur prioritas realis, & posterioritas realis si idem sit effectus, & causa respectu eiusdem. ergo est maxima disparitas.

disparitas.

Obiect. 10 Ob: primo vbi Baculi A. inclinati causat vbi Baculi inclinati B. & è contra, cũ vnum sine altero pereat ergo datur mutua Causalitas. Sed respondeo quod vtrumque vbi sunt effectus simultanei causati à motu præcedenti à grauitate, & à resistentia vtriusque Baculi, ergo non est mutua Causalitas, vbi enim vtriusque non causat motum præcedentem non grauitatem, non resistentiam sicuti deberent causare ad hoc vt detur mutua causalitas. Et quamuis dum est locutio inconcreto videatur verũ quod Baculus A. substentat Baculum B. & è contra tamen si attente expendatur propositio apparebit non id per quod substentat sustentari, quia substentat Baculus A. per impenetrabilitatem, & substentatur à Baculo B. grauitas Baculi A. ergo patet quod substentatio vtriusque Baculi sunt

Solut.

esse-

effectus ſimultanei prouenientes ab vna cauſa videlicet à grauitate, vtriuſque ab impenetrabilitate, & applicatione ad inuicem; quod vero vnum non poſſit eſſe ſine altero, & quod ad eſſe vnius requiratur aliud; non arguit mutuam cauſalitatem, ſed ſimultaneam coexiſtentiam effectuum, ſicuti non poteſt eſſe riſibilitas ſine admiratione, nec è contra & tamen vterque eſt effectus rationalitatis, ſicut etiam ad actionem requiritur paſſio, & è contra, & tamen inter actionem, & paſſionem non datur mutua cauſalitas cum per id per quod habetur paſſio reſpectu vnius habeatur actio reſpectu alterius. Pariter etſi ad informationem requiratur id quod debet informari, & ad ſubſtentationem requiratur id quod debet ſubſtentari, tamen non eſt mutua Cauſalitas cum poſitio formæ in ſubiectum cauſet, & à forma informari ſubiectum, & à ſubiecto ſubſtentari formam. Hoc de Cauſalitate in actu ſecundo, nam ſi loquamur de cauſalitate in actu primo multo minus reperitur mutua cauſalitas inter materiam, & formam in ratione eſſendi cum eſſe materiæ non habeatur à forma, vt vidimus, licet eſſe formæ habeatur à materia, vel vt alij loquũtur. Eſſe ſub-

Vnum non poſſe eſſe ſine alia non arguit.

Inſtantia.

materia, & forma.

substantiuum materiæ non habetur à forma, neque esse informatiuum formæ habetur à materia, quod vocatur à Suarez disp. 27. Meth. sect. 2. Causalitas potius in actu primo, quam in actu secondo.

11 Obj. 2. Prius est positio accidentium vermis quam sit noua materia in Venerabili Sacramento Eucharistiæ, nam causa cur Deus creet nouam materiam, vel recreet antiquam est positio talium accidentium; sed in eodem instanti quo ponuntur accidentia ponitur materia, quæ sit subiectum illorum, ergo materia est prior in genere causæ materialis respectu accidentium, & accidentia sunt priora respectu materiæ, cum sint motiuum quo Deus recreet substantiam panis. Resp. falsum esse quod prius sit positio accidentium vermis quam sit noua materia, illa enim accidentia dependēt à materia; neque positio talium accidentium, est causa cur Deus creet nouam materiam, quia causat accidentia, & non esset materia à quà causantur quod est absurdum dicere. Causa igitur cur Deus creet materiam sunt dispositiones ad corruptionem, ex quibus tanquam ex conditionibus Deus mouetur àd creandam materiam, à qua in eodem istanti educitur vermis

Obiect. *Solutio.* *Causa recreationis substantia.*

mis, sed illæ dispositiones, ex quibus mouetur Deus ad ponendam nouam materiam non causantur à materia, à qua tamen educititur forma Vermis, quæ nullam habet causalitatem circa materiam licet sit in eodem istanti ergo nulla apparet mutua Causalitas, præsertim cum forma vt dixi causetur à materia, & materia non causetur à forma cum non existat per existentiam formæ à quà tantum materia terminatur.

12 Ob: 3, Accidentia conseruant formam substantialem in materia, & accidentia conseruantur à forma substautiali, nam si non esset forma substantialis introducerentur alia accidentia requisita ad aliam formam quæ deberet introduci. Resp. quod accidentia conseruant formam V.G, calor naturalis, & humidum radicale efficienter concurrunt ad conseruationem animæ in materiam sed anima concurrit ad conseruationem talium accidentium non pro eadem duratione prò qua conseruant formam sed prò tempore sequenti, ergo non producit illam quam recipit, sed aliam durationem; sicuti calor est causa raritatis, sed raritas non est causa illius caloris à quò causatur sed alterius, & non prò eo tempore sed prò diuersa duratione, ergo non est mutua causalitas,

Obiect.

Solut.

Instantia.

tas,

tas, quæ requirit. vt eadem entitas secundum illam rationem, secundum quam est causa etiam causetur.

Neque in causis moralibus.

13 Neque dicas cum Suarez Tom. 1. in tertiã partem disp. 15. q. 6. n. 4. quod saltem datur mutua Causalitas in causa morali, & meritoria vt si Rex det Arma vt Miles vincat hostem tunc Victoria est causa acquisitionis armorum & acquisitio armorum est causa Victoriæ.

Ratio

Quoniam si daretur mutua causalitas in causis meritorijs duo grauissima sequerentur absurda Primum est quod principium meriti caderet sub merito acquisitio enim Armorũ est principium meriti, sed acquisitio armorum caderet sub Victoria, quæ est meritum, ergo &c. Alterum est quod existentia rei ordinaretur ad ipsam existentiam habendam, nam si præmij consecutio expeteretur tanquam finis deberent prius poni omnia media idest omnia principia meritoria hic, & nunc necessario requisita ad consecutionem præmij, sed inter alia media est ipsa præmij consecutio cum medium ad consequenda Arma sit Victoria, & medium ad Victoriam sit consecutio armorum ergo idem esset medium ad se ipsum.

Fundamentũ dissoluitur.

Vt tollantur itaque talia, & similia absurda debet reperiri causa producens duos effectus si-

simultaneos; at in casu proposito est vsus armorum qui causat victoriam & victoria est causa acquisitionis armorum non vero vsus armorum. Videatur Vasquez in 3. partem disp.21. C.5. Emin, de Lugo de Incar. disp. 8.

14 Neque dicas tandem communiter cum omnibus quod detur mutua causalitas inter causas existentem, & non existentem, vt inter agens, & finem cum non sequatur vlla contradictio, nam finis causat vt cognitus non vt existens realiter vt aliæ causæ, ideoque possit dici quod finis ita apprehensus causet amorem sui, & amor sui causet ipsum finem in entitate, ponendo illum à parte rei. Quoniam, neque inter causas existentem, & non existentem datur mutua causalitas, amor non causat finem in esse cogniti, sed causat eum in entitate, (quod enim causatur non est finis, sed effectus) & etiam si esset finis adhuc non daretur mutua causalitas, quia bonitas vt cognita causat amorem, & amor non causat bonitatem vt cognitam, sed entitatem vt existentem, cum bonitas vt cognita, quæ est virtus agendi finis antecedat in intentione agentis propter finem, ergo non habetur ab ipso agente. igitur non id, quod causat, causatur

Neque inter causas existentes, & non.

Ratio

vt melius inita.

15 Argebis] Aristoteles 2. Physicor. Tex. 3. & 5. Meth Tex. 2. ait *Quadam, & ad inuicem causa vt labor est causa bona valetudinis, & hac laborandi non tamen eodem modo, sed hoc vt finis illud vt principium motus*, ergo per Aristotelem datur mutua Causalitas inter agens, & finem, vt in exemplo proposito. Sed contra est nam quando dicit Aristoteles labor est causa bonæ valetudinis, & bona valetudo est causa laborandi non sumit bonam valetudinem secundum entitatem quia bona valetudo in entitate non causat laborem sed solum amor bonæ valetudinis causat laborem imò etsi bona valetudo secundũ entitatem causaret laborẽ, attamen labor, non causat illam bonã numero valetudinem, quæ causet laborẽ, sed aliam, seu eius perseuerantiam, vt patet. *Itaq;* sumit Aristoteles bonam valetudinem secundum totum quod dicit vt finis, idest, & secundum bonitatem cognitam, & secundum entitatem, & sic dicuntur lato modo ad inuicem aliquo modo causæ, bona nam que valetudo secũdũ vnam partem quam includit idest vt bonitas cognita causat laborẽ, & labor causat bonam valetudinẽ secundum alteram partem, idest secundum entitatem, ergo quando

Dissoluitur fũdamentum cõtrarium.

Ari-

Aristoteles dixit quod labor sit causa bonæ valetudinis, sumpsit bonam valetudinem totam pro parte, idest prò bona Valetudine in entitate; Et quando dixit bonam valetudinē esse causam laboris, non intellexit bonam Valetudinem in entitate cū in entitate sit effectus non finis: sed accepit totam prò parte .s. bonam valetudinem prò eius amore, qui vt cognitus causat laborem. Itaque in rigore non est mutua causalitas propria inter agens, & finem, quia non idem præcise quod causat causatur vt patebit consideranti supradicta cum agens causet non finem vt finem, .s. vt bonitatem cognitam, sed causet vt effectum idest in entitate, & prius vt finis non causat agens in entitate sed causat in causalitate, Methaphorice mouendo agens, quia mouet ipsum vt bonitas cognita, & causatur in entitate: poterit itaque dici absolute nullo modo dari mutuam Causalitatem quouis modo consideretur.

Firmatur nostra ratio.

16 Causa plurimas sortitur diuisiones, alia enim est in potentia, quæ habet virtutem causandi, sed actu non causat: alia in actu, quæ actu exercet virtutem quam habet, & hæc consideratio, tam est secundum entitatem causæ, quam secundum modum causandi. At si consideretur secundum entitatem sub-

Causarum diuersitas

Alia Increata alia Creata Alia libera. subdiuiditur in Increatam, seu primã vt Deus, & in Creatam, seu secundã vt Creatura. In liberam, quæ positis omnibus requisitis ad agendum potest agere, & non agere, vt homo positis omnibus requisitis ad ambulandum potest ambulare, & non ambulare: Et in necessariam, *alia necessaria alia substantialis. alia accidentalis.* quæ positis omnibus requisitis ad agendum non potest naturaliter non agere, vt est ignis respectu combustionis, sol respectu illuminationis &c. In substantiam, vt aqua, & in accidens, vt frigus, seu in substantialem, & accidentalem.

Eorum diuisio in Causalitate Alia Immanens. Alia transiẽs Alia per se alia per accidẽs, quotmodis. 17 Sed si consideretur causa secundum modum causandi multipliciter sumi potest. Alia dicitur immanens, quæ causat recipiendo in se causalitatem, & effectum, vt est Intellectus dum intelligit, homo dum saltat &c. Alia transiens, quando operatur in subiectum extra se, vt ignis dum Calefacit. Alia dicitur per se cum ex eius virtute effectus per se accipit esse, & intenditur à natura vt ignis est causa per se caloris. Alia per accidens, vel ratione causæ, & est siue dum aliquod coniungitur causæ non per se, nec iuuat illam ad effectum, vt cum musica dicitur edificare per accidens, siue dum agit per virtutem non sibi debitam, vt cum aqua Calefacit Vel

ra-

ratione effectus, cum scilicet ad effectum, qui per se intenditur sequitur alius qui non intenditur vt est inuentio Thesauri in effosione Vineæ. Alia Physica, quæ per veram actionem, & Physicum modum producit effectum. Alia moralis, & hæc tripliciter præcipue. Vno modo quando non per veram actionem, sed ex pacto vel ex signo, vel ex alia Ceremonia habetur effectus, vt Sacramẽta dicuntur causæ morales gratiæ. Orationes serenitatis &c. Alio modo ex libera hominum institutione vt Chyrographum creditori traditum à debitore, ex quo debitor tenetur ponere effectum solutionis. Tertio modo in genere moris scilicet ex qua homo dicitur bonus, vel malus simpliciter, vt temperantia V. G dicitur causa moralis quia facit simpliciter bonum hominem temperatum. At istæ causæ morales possunt esse etiam Physicæ subalterna consideratione, vt V. G. Chyrographum potest esse causa Physica cognitionis debitoris de suo debito.

Alia Physica

Alia moralis

18 Alia causa dicitur mediata cum aliquod mediat inter ipsam, & effectum, vt melius intelligetur per subsequentem acceptionem, Alia immediata cum nihil inter ipsam, & effectum mediet; sed hæc mediatio, & immediatio potest esse, vel ratione

Alia mediata.

Alia Immediata.

suppositi vel ratione virtutis. Immediatum itaque immediatione virtutis est quando inter passum, & virtutem nulla alia virtus mediat sicuti dum manus calefit ab igne inter quem, & manum si inter mediat aer dicitur mediatum, mediatione suppositi, sed si nec aliud corpus mediet dicitur immediatum immediatione suppositi, sed quia inter manum, & ignem nulla alia virtus calefactiua mediat, ideo dicitur immediatum immediatione virtutis; Quia vero inter me, & Adamum mediat virtus mei parentis, ideo dicor respectu Adami mediatus mediatione virtutis, & sic patet aliquod posse esse immediatum immediatione virtutis, licet sit mediatum mediatione suppositi vt patet in exemplo de manu calefacta ab igne interposito aere non interposita alia virtute calefactiua.

Alia adæquata.

19 Alia dicitur causa totalis, & adæquata, quæ sola in suo genere (posito concursu generali Dei qui semper requiritur) producit effectum vt se habet ignis respectu combustionis. Alia partialis vel ponendo vnam partem effectus, sicut vnus musicus producit vnam partem concentus, alius aliam, & sicut se habent plures ædificatores in constructione Domus, vel ponendo totum effectum, sed non totaliter vt sunt

Alia Partialis, & quotmodis.

plu-

plures homines ad attollēdum vnum pondus V. G. non enim potest assignari, quæ pars attollatur ab vno, & non ab alio, itaq; vnus quisq; concurrit ad totum effectum ad quē cū plures sint, omnes simul causāt totaliter.

10 Alia Æquiuoca quæ producit effectum in specie diuersum, cum Sol V. G. producit metalla herbas &c. & hæc dicitur continere effectum virtualiter seu eminenter. Alia Vniuoca, quæ producit effectum in specie similem, vt homo dum generat hominem, calor calorem &c. & hæc dicitur continere effectum formaliter. Alia dicitur principalis, quæ habet in se virtutem ex vi cuius dicitur effectus accipere principaliter suum esse: huiusmodi est Artifex faciens statuam. Alia instrumentatalis, vel naturalis, vt sunt accidentia respectu substantiæ, vel artificialis respectu Artis, at quæque agit in virtute alterius & nullo modo per propriam, vt malleus serra &c. Hinc fit quod etiam si Creaturæ sint subordinate Deo qui est causa non subordinate cum possit operari non concurrente alio; attamen, non dicuntur simpliciter causæ instrumentales, sed dicuntur etiam principales cum propria virtute causent effectum, ignis enim sua virtute comburit concurrente Deo.

Alia æquiuoca.

Alia Vniuoca.

Alia Principalis.

Alia Instrumentalis, & quot modis.

Non subordinata

Creaturæ Cur non instrumenta.

21 Ex instrumentalibus Alia est coniuncta alia separata. Coniuncta dicitur dum est vnita ipsi agenti principali, vt se habet oculus in vidente. Separata dicitur dum non vnita ipsi agenti principali vt operetur quæmadmodum est semen, quod non est cõiunctũ corporaliter, cum planta, nec est coniunctum per actualem influxum cum ipsa planta adhoc vt producat arborem Alia tandem causa est vniuersalis cum concurrit, vel ad omnes effectus, vt Deus, vel ad quam plurimos effectus physicos vt Sol. Alia particularis quæ vel vnum solum effectum, vel paucos producit vt ignis qui, & producit combustionem, & separationẽ Etherogeneorum efficit.

Coniuncta.

Separata.

Vniuersalis.

Particularis.

22 Omnes istæ diuisiones, & quã plurimæ quæ possent afferri complectuntur à quatuor generibus causarum videlicet omnes vel ad genus efficientis, vel finalis, vel materialis, vel formalis reducuntur, cum istis quatuor generibus nec plura, nec pauciora dari possint. Tot enim sunt genera causarum, quot sunt modi diuersi causandi; sed solum tot, & non plures, nec pauciores sunt diuersi modi causandi, nam, vel est diuersus modus causæ intrinsecè, vel extrinsecè. Si extrinsecè: aut est id vnde primo habetur motus, seu ef-

Quatuor genera Causarum tãtum.

Extrinseca.

effectus effectiue est determinatus primo ad esse, & est causa efficiens. Aut est id, cuius gratia est operatio, & est causa finalis. Si intrinsece; vel habet rationem partis perfectibilis, & substantialiter determinabilis, & complebilis, & est Causa materialis ad quam reducitur tam materia in quam, quod est subiectum picturæ V. G. tabula quam materia ex qua, vt marmor ex quo fit statua, quam materia circa quam, quæ est obiectum circa quod versatur potentia, vt visibile circa quod versatur visio. Vel habet rationem perfectiui, & completiui substantialiter, & determinatiui formaliter, & est causa formalis. *Intrinseca.*

23 Dicere quod sufficit bipartire Causam in tota sua latitudine in duo solum membra; videlicet in intrinsecam, vel extrinsecam, vel alio modo, Certe non habetur sufficiens distinta cognitio ad scientiam, cum vlterius restet inquirendum, & subdiuidendum, quotuplex sit intrinseca, quotuplex extrinseca Causa, cuius multiplicitatem, inquirimus in esse causæ. Instrumenta, & conditiones reducuntur ad illud genus causæ cuius sunt instrumenta, & conditiones. V. G. approximatio, & calor in combustione reducuntur ad causam efficientem. Conditio

Instrumentorum reductio.

rarefactionis in subiecto ad hoc vt recipiat combustionem reducitur ad causam materialem ad quam reducuntur etiam partes integrantes.

Idea respectu agentis.

24 Idea si consideretur respectu agentis reducitur ad causam formalē, cum idea per modum formæ informantis vltimo determinet ac regulet Artificem ad faciendum tali, & tali modo opus, ideoque ab Aristotele dicitur *forma in anima*, & sic etiam appellatur a S. Thoma dum quæ 3. de veritate art. p. definit Ideam

Idea quid.

esse *formam existentem in mente artificis quam effectus imitatur ex intentione agentis determinantis sibi finem*, ergo patet esse forma respectu agentis At respectu operis faciendi reducitur ad causam efficientem, quia est determinatiuum, & regulatiuum agentis, vt tali, & tali modo operetur.

Idea respectu operis.

Et quamuis determinatio agentis ad tale opus faciendum prouematis ex cognitione bonitatis finis, tamen talis cognitio bonitatis determinat agens ad exercitium operis simpliciter. Idea vero ad specificationem regulat ad tali, & tali modo opus faciendum. Sicuti commoda habitatio, quæ est finis determinat agens ad ponendam Domum, Idea tamen regulat agens ad ponendam tali, & tali modo commodam habitationem. Ideo iure Idea dicitur

tur mensura operis faciendi non vt forma, sed vt potentia, sicuti virtus attollendi pondus est mensura ponderis vt potentia, non vt forma sicuti esset Trutina.

Quomodo dicitur mensura operis.

25 Itaque Idea respectu operis non habet rationem causæ materialis cum non sit pars perfectibilis; neque ratione causæ finalis cum non sit cuius gratia agens operatur, sed potius regula, & motiuum, vt tali, & tali modo operetur, neque rationem causæ formalis cum opus non recipiat Ideam, sed restat in mente Artificis, quamuis subiectum formetur simile Ideæ, ergo restat vt reducatur ad rationem causæ efficientis cum causalitas Ideæ consistat in ipsa virtute agentis in quantum per Ideam regulatur, & completur, vt tali, & tali modo similis Ideæ producatur effectus, sicuti etiā voluntas, cum determinet potentiam ad operandum, reducitur ad causam efficientem, à quà licet prima institutione sit denominatus effectus, tamen postea nomen effectus distractum est ad significandum id quod pendet ab alio, vel vt ab agente, vel vt à materia, vel vt a forma, vel vt à fine, qui non se habet vt motiuum, sed vere concurrit vt vera causa ad dādum esse effectui cū agēs vere, & realiter operetur gratia finis

Non reducitur ad aliud genus.

Effectus à quo denominatur.

Finis vera causa. nis, vt melius suo loco cent. 42. num. p. Atque ita quando dicitur ab aliquibus solum causam efficientem esse veram Causam sermo strictus est de causa, quæ principaliter habet ordinem ad effectum, & quæ principaliter denominat.

Conueniunt analogice. 26 Conueniunt inter se ista quatuor genera causarum quadã Analogia, quoniam ratio Causæ, quæ *est esse principium ex cuius virtute propria aliud accipit suum esse* non eodẽ modo participatur ab omnibus, a Materia enim participatur in ratione partis componentis perfectibilis, à forma in ratione partis componẽtis perfectiuæ, & formaliter determinatiuæ; ab efficiẽte in esse principium Vnde motus, idest in esse determinans effectiue, à fine in ratione bonitatis mouentis agens ad operandum, ergo non eodem modo vnumquodq; genus Causæ est principium ex cuius virtute propria aliud accipiat esse.

analogia proportionis. 27 Hæc tamen Analogia quà conueniunt est imperfecta, & mixta, habent enim Analogiam proportionis cum possit dici sicuti se habet forma in dando esse effectui per esse partem perfectiuam, & informantem, ita materia per esse partem perfectibilem, & informatam, ita efficiens per esse primum determinatiuum

tiuũ pariter finis per actionẽ agentis operantis propter talem finem. Habent etiam Analogiam attributionis imperfecte, nam principaliter desumitur effectus ab efficiente, & Cæteræ causæ important aliquo modo efficientem. Dicitur enim materia causat per esse partem subsistentatiuam formæ eductæ ab agente, & forma causat per esse partem vltimo perficientem esse alicuius rei determinate ad esse ab efficiente operante circa materiam. Finis tãdẽ causat per bonitatem per quam mouetur agens ad dandum illi esse. Sed ista est Analogia attributionis, verum non perfecta; cum non sit vna forma intrinseca principali analogato, per quam cætera Analogantia reducuntur ad principale analogatum sicut se habet sanitas V. G, quæ intrinseca est Animali, & per quam, tam calor quam medicina dicuntur Sana &c. In causis vero vnumquodque genus ipsarum habet propriam formam, & Causalitatem per quam constituantur in esse Causæ, ergo cum habeant Analogiam non solum proportionis verum etiam attributionis imperfecte, dicuntur conuenire inter se Analogia mixta, sed non perfecta.

Attributionis

Imperfecta.

CENTIL. XXXVIII.

De Causa Efficiente.

Efficiens datur.

1 DAri Causam efficientem apertum est non solum experientia cum ignis producat ignem, & Terra Herbas, & plantas, vt habetur ex pluribus locis Sacræ Scripturæ, quemadmodum in Genesi primo *producat Terra herbam virentem &c.* Et in Concilio Trid. sess. 6. Can. 4. vbi ponit liberum arbitrium dari in homine, sed si creatura rationalis non ageret non posset saluari dari liberum arbitrium, ergo de fide est dari causam efficientem, vt prò comperto habetur ex communi etiam sensu phylosophorum, & præcipue ex Aristotele innumerabilibus in locis, vt 7. Physicorum, à Tex. 29. ad 35. 5. Meth. c. 2. Primo Methaphysicorum c. p. &c. Quin etiam ex ipso principio comuniter recepto *Omne agens agit ad assimilandum sibi passum*. Et ratione etiam comprobatur cũ nihil possit esse sui determinatiuũ ad esse, in creatis certe debet esse ab alio à, quo debeat primo determinari effectiue ad esse, sed hoc

hoc efficienter determinatiuum est Causa efficiens, quæ dicitur ab Aristotele hic Tex 29 *primum principium vnde motus, & quies*, idest primum principium determinatiuum efficienter alterius ad esse, ergo patet dari. *Quid sit*

2 Neque dicas Deum se solo producere omnia, quia etsi Deus hoc possit facere, bona tamen dispositio Vniuersi, & ordinatio exigit vt ipsæ creaturæ operentur adhoc vt sit subordinatio quæ non potest saluari si diceretur Deum producere hunc hominem V. G. ad præsentiam talis seminis præter quamquod hoc modo semen diceretur causa animæ rationalis, & etiam ipsius hominis causa moralis, quæ se habet vt motiuum solum, & non vt influens, ita vt ad eius præsentiam alia causa debeat producere effectum, sed dantur causæ quæ propria virtute producunt effectum, ergo datur causa efficiens Physica quæ operatur prius in superficie, & postea per instrumenta collata passo operatur intra, & sic producit indiuidualiter tale ens, vt probatum est supra. *Causa moralis*

3 Supradictum est cũ Arist. Causam efficientem *esse primũ principium vnde est motus, & Quies*; modo prò intelligentia explicabimus particulas. Dicitur itaque *principium* non lato modo, sed prò vt est idem ac cau- *Explicatur Definitio.*

causa vt excludatur priuatio, quæ non est causa. Dicitur Primum, vel in ordine causæ proximæ, vel respectu aliarum causarum quæ licet causent eodem tempore tamen si velimus ordinate procedere prius intelligitur efficiens, nam vt dictum est in fine Centiloq. præcedentis efficiens est primū in ratione determinatiui efficienter vnde est motus.

Particula explicantes causādi modos.

4 Dicitur *Vnde*, quia est propria explicatio modi causandi efficientis: Materia enim non solū est intrinseca cōposito, sed huius Causalitas explicatur per esse id *ex quo*, vel *inquo* vel circa quod. Forma quæ est etiam intrinseca eius Causalitas est *per quod*, vel ad *quod*, finis licet sit aliquo modo extrinsecus, tamē non est id vnde vt efficiens, sed exprimitur eius Causalitas per *cuius gratia*, vel propter *quod*. Et licet priuationi, & termino à quò possit applicari, lato modo sumpta particula vnde, tamen non eodem modo, sicuti efficienti, sed in sensu valde diuerso, cum priuatio dicatur id vnde mobile per motum recedit, non ita efficiens, cum dicatur id vnde effectiue principiat motus.

Dispari tes.

5 Dicitur *motus* quatenus compræhēdit quamcumque mutationem, non solum intrinsecam, vt accipitur

in

in definitione naturæ, ſed etiam extrinſecam, quin inſtantaneam (ſi naturaliter datur) ſucceſſiuam, materialem, Spiritualem, & ſi accipiatur prò tranſitu etiam de non eſſe ad eſſe compræhendit pariter creationem, licet non ſit proprie mutatio, quæ ſupponit proprie eſſe. Dicitur *Quietis*, quæ non accipitur prò negatione motus præciſe, ſed prò conſiſtentia effectus. Quotieſcumque igitur videmus aliquod eſſe primum principium, vnde eſt aliud, toties dicimus eſſe Cauſam efficientem immediatam ſi ſit immediatum, mediatam ſi ſit mediatum, vt raptus Elenæ V. G. dicitur Cauſa efficiens mediata inter Græcos, & Theucros, quia fuit primum principium mediatum, vnde fuit bellum.

Quot modis quies.

6 Cum cauſa efficiens cauſet debet habere cauſalitatem quæ in actu primo eſt illa virtus continens in ſua perfectione effectũ, ratione cuius virtutis efficiens eſt potẽs primo effectiue determinare effectum ad eſſe: in actu vero ſecundo eſt ipſum dare eſſe effectui, vt docet Soncinas 5. Meth q. 4. & Fonſeca 5. Meth. c. 2. q. 13. ſec. 3. & ſi ſic diceremus euitaretur difficultas quomodo actio ſit diſtinta à Termino. Sed ſi hanc quæſtionem velimus examinare dicamus, quod cauſalitas in actu ſecun-

Cauſalitas in actu primo.

In actu ſecundo uno modo.

cundo causæ efficientis est ipsa actio. Quoniam causalitas in actu secundo efficientis est id quò efficiens dat esse effectui, sed hoc est actio non enim est aliquod Antecedēs quia omnibus alijs positis, & non posita actione adhuc non intelligitur efficiens actu causare, sed potens causare; neque est quid consequens actionem, nam quod consequitur supponit causam causantem, neque est quid concomitans cum præter terminum nihil possit assignari, ergo remanet dicendum esse solam actionem, quæ cum oriatur ab agente, non solum vt quod, sed vt quò, ideo non dicitur formaliter effectus, sed formaliter causalitas.

altero modo.

Actio quare non dicitur effectus.

7 Quamuis actio, & passio sint vna realis entitas, tamen cum sint diuersa formaliter possunt considerari vt duæ entitates, si enim principaliter importatur agens dicitur actio, & sub tali consideratione definitur ab Aristotele primo Physicorum sum. secunda *actio est actus in hoc prò vt ab hoc*, Si vero principaliter importatur passum dicitur passio, & in tali consideratione ab Aristotele ibidem habetur quod *passio est actus ab hoc prò vt in hoc* sicuti eadem via dicitur decliuis si importatur principaliter Cacumen montis ad radices eiusdem, & dicitur accliuis

Actio quid.

liuis si principaliter importatur ra-
ix montis ad eius Cacumen, sic di-
tur eadem via Thebis Athenas, &
contra secundum variam determi-
ationem: pariter eadem entitas se-
undum diuersam terminationem
icitur passio, & actio, & per hanc
iuersam terminationem possunt cō-
ituere diuersa prædicamenta actio-
is, & passionis, cum diuersitas pre-
icamentorum desumatur à diuerso
odo afficiendi primam substan-
am, sed eadem entitas diuerso mo-
o potest afficere primam substan-
am per diuersa connotata, vt supra
plicatum est, ergo &c.

8 Diuersitas conceptus, quæ ha-
etur de actione, & passione, sicuti
acit distinguere formaliter actio-
em, & passionem, eadem distinctio-
e facit distinguere actionem, &
erminum, licet realiter actio non
istinguatur à Termino, vt patet
rimo ex ipsa definitione actionis,
uæ dicitur *actus in hoc prò vt ab hoc*
ed actus est terminus realiter, cum
ctus sit forma, ergo actio non da-
ur realiter distinta à Termino. Se-
undo quia non sunt multiplicanda
ntia naturalia, quæ non cadunt
ub sensu, & quæ nullo modo per-
ipiuntur, sed ex nullo capite colli-
itur quod detur actio vt entitas
istinta à termino, nihil aliud .n. ex-
pe-

Actio quomodo distinguitur à termino. 1. ratio

2. ratio

peritur, quam quoties ponitur ignis V. G. cum talibus circumstantijs toties ponitur calor, at hoc est existentia ignis cum omnibus circumstantis, & dispositionibus, & existentia caloris procedentis ab igne, ergo
3. ratio. &c. Tertio quia si actio est distinta realiter à Termino, ergo per aliam actionem habet esse, nam (vt aiunt aduersarij) est impossibile quod sit aliqua entitas distinta realiter à cæteris, & non sit per actionem, ergo si illa actio vt entitas distinta realiter à cæteris habet esse per aliam actionem, Peto an sit distinta ab illa de nouo producta. Si dicas quod non sit distinta, ergo idem oportebat dicere à principio, cum non sit maior ratio. Si dicas quod sit distinta, ergo datur processus in infinitum, nam illa secunda actio cum sit entitas distinta realiter à cæteris, & vt effectus procedens ab agente, debet habere per ipsos determinatiuum adesse; idem de alia, & sic in infinitum.

9 Neque respondeas quod est en-
Conf. titas procedens ab agente, vt effectus vt Quò, idest tamquam id Quò fit effectus, ergo non requiritur alia actio vt ipsa fit; Quoniam licet ipsa se habeat vt Quò respectu effectus formalis, in se tamen se habet vt Quod, cum sit entitas absoluta per-

Ad-

duersarios, & realiter distinta à effectu, & ab Agente, sed omnis ntitas absoluta, & realiter distinta Cæteris in quantum procedit ab gente requirit actionem distintam rgo illa actio vt entitas absoluta, & ealiter distinta à Cæteris vt procelens ab agente requirit aliam actionem, & alia aliam, & sic in infinitum. Et non est nouum quod illud quod se habet vt Quò respectu alterius, se habeat vt Quod in se, vt diximus de Accidente, quod licet sit vt Quò substantia sit sensibilis, adhuc se habet vt quod in se cum sit sensibile, sic lumen se habet vt Quò obiectum videatur, & tamen ipsum se habet vt Quod videtur, ergo pariter si actio daretur distinta realiter à termino, licet respectu termini se haberet vt Quò, in se certe se haberet vt Quod, ergo vt Quod requireret aliam actionem, & sic in infinitum.

Quod posset habere vt quod.

10 Dices debere poni actionem nem distintam Cum effectus sit indifferens vt sit ab hac causa, vel ab alia, debet dari determinatiuum ad hoc vt sit potius ab hac, & hoc determinatiuum non potest esse nisi actio distinta. Sed primo contra est quia licet requiratur tale determinatiuum, & hoc determinatiuum sit actio, tamen per hoc non probatur

Fundamẽtum contrarium.

dissoluitur primo.

tur quod detur actio distinta realiter; cum sufficiat quod sit distinta formaliter ab effectu. Vrgeas, ergo illa entitas quæ est indifferens est determinatiua sui Resp. quod illa entitas realis, sed non illa formalis est determinatiua, & do instantiam manifestam. Omnipotentia Dei est indifferens vt ponat, vel hunc, vel illum effectum, & vt ponat hunc determinatur à sua Idea, & tamen Idea Diuina non est realiter distincta ab omnipotentia, sed tantum formaliter, ergo pariter in casu nostro.

2 dissoluitur euidentur.

11 Contra secundo, quia tollitur indifferentia formaliter per ipsam positionem effectus sicuti paries qui est indifferens ad hoc vt sit albus, vel niger, vt sit albus à nullo alio formaliter habetur quam à positione albedinis, & efficienter illa indifferentia tollitur ab ipsa causa producente effectum: effectus enim procedens à tali causa non est amplius indifferens vt sit ab hac, vel ab illa dummodo procedat ab hac. Instabis quod ante productionem est indifferentia, ergo antequam fiat debet esse determinatiuum ad tollendam indifferentiam. Sed contra quia vel consideratur ipsa entitas effectus prò vt est in potentia, & tunc nullo modo actio determinat, tunc enim non

Determinatiuum effectus ad esse.

est

ſt actio, ergo non poteſt determi-
are, & tunc eſt actio cum effectus
ıcipit eſſe, vel conſideratur effectus
rò vt eſt actu, ſed quando eſt actu
tali cauſa non eſt amplius indiffe-
ens, vt ſit ab alia, ergo non requi-
itur determinatiuum diſtinctum
ealiter ab effectu, ſed eſt ipſa met
ntitas realis effectus; quatenus re-
ipit eſſe à tali cauſa. Et hinc po-
ſt deſumi fortiſſimum Argumen-
um ad comprobandam noſtram
ententiam contra aduerſarios. 4. ratio validas.

12 Neq; hinc deduci poteſt quod
uæ cauſæ totales in eodem genere
oſſent naturaliter concurrere ad
andum eſſe effectui, nam tam
ol V.G. quam ignis ſunt in ſtatu
ompleto ad producendum calorem
A; ergo vt Calor A procedat ſolum
b igne, debet dari determinatiuũ cũ
uò Deus potius cõcurrat cum igne,
uam cum Sole, ergo ſi non datur
ale determinatiuum concurrit cum
traque cauſa conſtituta in ſtatu
ompleto, ergo ſunt duæ cauſæ ade-
uatæ totales concurrentes ad vnum
umero effectum. Non inquam hoc
oteſt deduci quia Deus (vt ſuppo-
o ex Theol.) non poteſt habere
uplex decretum circa idem, cum
num ſit ſufficiens, adeoque aliud
ſſet ſuperfluum: Sed ad hoc vt cau-
a ſit totaliter completa, & adequa- Decretũ Dei Vnum
ta,

ta debet ad esse decretum Dei, aliter non potest dari effectus, at Decretum Dei est vnum respectu effectus, qui potest procedere ab illis causis, ergo non essent duæ causæ completæ in eodem genere, sed essent duæ partiales concurrentes per modum vnius. Si vero Decretum vnitur cum igne, & non cum Sole, ignis est causa adæquata illius effectus.

13 Resumas. Ad hoc vt Deus concurrat potius cum igne, quam cum Sole debet dari determinatiuũ, quod non potest esse nisi actio distincta. Sed hoc ex dupplici capite euidenter impugnatur. Et primo quia Decretum Dei non determinatur, & completur per aliquod Creatum, cum non solum nullum Diuinum dependeat à Creaturis, sed etiam ne ex illo creato quod potest comprahendi naturaliter à Demone percipiatur voluntas Dei, & sic non posset occultari. Secundo quia dato quod compleatur per aliquod creatum, non tamen potest compleri per actionem distintam à termino, cum prius debeat dari Decretum, quam actio, non enim potest esse actio nisi prius sit Decretum. Potest itaque dici si compleretur Decretum per aliquod Creatum, quod compleatur per circumstantias, & dispositiones requisitas ad talem effectum

An compleatur decretũ à creatura.

fectum, ergo si Sol, & ignis sint æqualiter disposita ad eundem effectum Deus concurrit cum vtroque, & quando non vult concurrere cum vno ex his bene disposito, facit miraculum suspendendo concursum.

14 Neque obstat quod illa distinguũtur realiter quorum vnum perit altero remanente, sed perit actio remanente termino, vt patet, ergo distinguũtur realiter. Per hoc, & per simile argumentum ex diuersitate prædicationis, vt est etiam quod effectus est terminus, actio est via &c. Certe non arguitur distintio realis tamquam res à re, quæ distintio intercedit inter duo realiter distincta, & diuersa, quorum vnum potest esse sine altero, & è contra, vt est Petrus, & Paulus: Neque arguitur distintio realis tamquam modus à re, quæ distintio ab aliquibus dicitur modalis, & intercedit inter duo, quorum vnum licet possit esse sine altero, non tamen potest esse è contra, vt est visus, qui nõ potest esse sine visibili, licet id quod potest videri possit esse absque eo quod videatur, sicuti inter scibile etiam, & scientiam &c. Nullam itaque distintionem realem arguunt diuersa prædicata. Primo quia, Vni entitati reali dummodo per varios conceptus habet distintionem formalem) conueniunt vā-

Distinctio tamquam res à re

tãquam modus à re.

Distintio formalis Vnde

varia prædicata, materia enim, & priuatio per Aristotelem primo Physicorum est vna realis entitas, & tamen de materia dicitur quod sit incorruptibilis, substantia, persistens &c. De priuatione dicitur quod sit corruptibilis, accidens, & transiens: sic actioni, & passioni conueniunt diuersa prædicata, vt constat,& tamen est vna entitas realiter. Pariter eidem rei conueniunt diuersa prædicata essentialia considerando illam prò vt in statu possibili, & in statu actuali, nam dum est in statu possibili dicitur Petrus non est, & dum est actu bene dicitur est existens, & non potest verificari Petrus non est Attamen Petrus possibilis est idem realiter, ac Petrus actualis: Itaque diuersa prædicata non semper arguunt distinctionem realem vide infra cent 45. n.10.

Solutio secunda

15 Secundo Quia dato quod illa distinguantur realiter, quorum vnum perit altero remanente, attamen negatur quod perit actio remanente termino realiter, cum actio, & terminus sint idem realiter: Quando in propositione dicitur perire actionem intelligitur perire terminum in fieri & remanere terminum in facto esse, quod est verum, ergo non intelligitur vera propositio respectu entitatum realiter diuersarnm, sed intelligi-

ligitur vera respectu fieri, & factum esse; Itaque distinguendum est argumentum. Perit actio in fieri, idest terminus in fieri reduplicando fieri, remanente termino in facto esse concedo: perit actio, in facto esse (quæ nihil est aliud, quam terminus in facto esse) remanente termino in facto esse nego absolute, & euidentissima ratio negationis colligitur ex supradictis, & instantia infra.

16 Vrgebis. Actio est solum in fieri, & solum dicitur via, & non dicitur in facto esse nec terminus. Sed Respondeo quod quando dicitur actio in fieri, vel est via &c. sumitur actio formaliter non realiter, nam si sumeretur entitas realis; actio est in facto esse, vt est terminus. Sicuti si sumitur entitas termini, & est in fieri, & est in facto esse, Etsi quatenus est in facto esse non sit amplius in fieri, sed quando sumitur actio intelligitur terminus in fieri, quod perit dum est in facto esse, sed non secundum entitatem, sicuti si sumitur entitas actionis est realiter passio; pariter motus non est terminus formaliter, sed est terminus realiter quia nihil est aliud motus, quam terminus fluens, & sicut fluxus aquæ non distinguitur realiter, nec ab aqua fluente, nec ab aqua fluxa, sic actio realiter est terminus in fieri,

Quomodo Actio sit terminus.

Instantia.

ri, & terminus est actio in facto esse, & sicuti terminus in fieri formaliter distinguitur à se ipso in facto esse, ita distinguitnr formaliter actio, & terminus, cum actio intelligatur terminus in fieri, & terminus intelligatur absolute in facto esse. Itaque dicuntur formaliter distinta, quatenus possunt haberi de eadē entitate varij, diuersique conceptus quemadmodum distinguntur omnipotentia Diuina, & Creatio, cum omnipotentia sit essentia vt potens Creare, & Creatio sit eadem omnipotentia realiter, vt actu Creans.

Nota.

Distinctio formalis.

17 Nota hic quod sicuti datur inter duo distintio realis, vel tamquam res à re, vel tamquam modus à re, vt diximus supra num. 14. ita datur de eodem distintio formalis non tantum ad similitudinem distintionis realis tamquam res à re, quando scilicet vnus cōceptus potest haberi sine alio, & è contra, sicuti est intellectio, & omnipotentia in Deo, & animalitas, & Rationalitas in homine, verum etiam ad similitudinem distintionis modalis, quando scilicet vnus conceptus potest haberi sine alio, sed non è contra, quemadmodum potest concipi terminus sine actione, & non actio sine termino, ita voluntas Diuina sine volitione non volitio sine voluntate;


Distinctio formalis quot.

Non

18 Non obstat, quod potest haberi hic effectus V. G. lumen A. & potest esse hoc agens V. G. sol, & hunc effectum non esse ab hoc agente sed à Deo. Quia non potest esse hic effectus qui sit causatus à sole V. G. & non sit ab hoc agente, & si hic effectus non est causatus à sole non erit effectus solis adeoque non valet argumentum. Multo minus Vrget denominatio noua quod scilicet hic effectus sit potius ab hac causa, quam ab alia cum ad nouam denominationẽ requiratur aliquid de nouo quod non potest esse quam actu distincta; Quoniam non semper ad nouam denominationem requiritur noua forma, vt patet in denominatione Domus antiquæ cuius non potest assignari vlla noua forma. Accedit, quod tametsi habeatur noua denominatio ab aliquo de nouo, adhuc non potest haberi in casu nostro, quam ab ipsa positione effectus, à quà vt dixi habetur determinatiuum formale, ergo nihil est aliud Actio quam ipsa Virtus Causæ dans esse actuale effectui, seu effectus exiens à causa.

Determinatiuum formale effectus.

Actio quid.



CENTILOQ. XXXIX.

De Materiali Causa.

1 CErtum est vt vidimus supra dari Causam materialem, quæ est *id ex quò fit aliquid, cum insit.* Dicitur *id* quod accipitur loco generis; dicitur *ex quo*, quod est loco differentiæ, cum p r.i.lam differat à forma quæ licet pariter intrinseca, est id per quod : dicitur *cum insit*, vt differat à causis extrinsecis, quæ concurrunt pariter ad producendum compositum, quod est etiam effectus primarius, & vltimatus materiæ, & vt habetur ex Aristotele tam secundo Physicorum Tex. 28. tam 8. Meth. Tex. 12. vbi docet omnes substantias naturales, scilicet completas ex materia, & forma habere quatuor causas inter quas enumerat materiam, & etiam vt patet ex ipsa definitione suprapoſita, cum compositum materiale fiat ex materia tanquam ex parte componente inexistente, & sic causalitas materiæ non est solum per modum subiecti quod debeat informari sicut est respectu formæ, sed etiam per modum

materia quid.

Effectus primarius materiæ quid.

partis componẽtis inexistentis, etiam perfectibilis sicuti se habet respectu compositi, vt infra.

2 Dices cum Thomistis si esset causa respectu compositi, vel esset adæquata, vel inadæquata, non primum cum inuoluat formam, vt causam: non secundum; quia compositum inadæquate acceptum, vel est sola materia, vel sola forma, sed non potest dici, quod materia causat materiam, ergo causat solam formam. Resp. Quod materia est causa inadæquata compositi adæquati, tam enim materia quam forma causant intrinsece compositum, componendo illud, & per hoc distinguuntur causæ intrinsecæ ab extrinsecis, nam extrinsecæ non includuntur in ipsa constitutione compositi, sicuti intrinsecæ, & per hoc non habent causæ intrinsecæ effectum omnino distinctum, alioquin non essent causæ intrinsecæ, sed sufficit si sint distinctæ ab effectu, tamquam includens, & inclusum, vel tanquam pars, & totum, itaque illa propositio communiter recepta nempe, quod causa distinguitur realiter ab effectu, verificatur proprie de causa efficiente, & non de causis intrinsecis. Neque vrgeas quod hoc modo materia causaret se ipsam. Quoniam materia non causat se ipsam in entitate, cum

Fundamentum contrarium.

Euertitur.

Principium.

ante cõpositum eam habeat, sed causat se ipsam in esse completi, & perfecti Entis, quod non prouenit mere ex eo, quod materia causet formam, quia in homine non causatur anima rationalis à materia tamquam à subiecto, substentante cum sit spiritualis respectu cuius se habet solum vt motiuum ad cuius præsentiam Deus creat animam rationalem, & tamen in homine habetur esse completum materiæ, & compositum, ergo non est verum quod eo ipso quod intelligatur materiam causare formam, intelligatur sequi compositum. Si vero sit sermo de forma materiali, seu dicatur quod habetur compositum eo ipso quod forma informat subiectum, Adhuc resp. quod certe posito effectu immediato, sed non vltimato, & primario nempe posita forma informante intelligitur sequi compositum tamquam effectus vltimatus, & primarius per veram causalitatem quia sequitur per compositionem materiæ, & formæ, ergo per veram causalitatem vtriusque, nam respectu compositi causalitas materiæ in actu primo est esse partem incompletam perfectibilem, in actu vero secundo est esse partem quæ completur, & perficitur in ratione substantiæ ab ipsa forma informante: Causalitas vero formæ respectu

materia causa moralis anima Rationalis.

Causalitas materia respectu compositi.

ctu eiusdem compositi, in actu primo est esse ens incompletum in ratione actus, & potens complere, & perficere; in actu vero secundo est ipsa pars complens, & perficiens, nam forma vt perficit materiam, & materia vt perfecta sunt partes compositi, adeoque causæ ipsius compositi quod sequitur ad esse materiam informatam à forma, & ad esse formæ informantis materiam, sed hoc modo non sunt causæ compositi, cum non sint eius partes, licet quod sint partes compositi, sequatur ex eo quod materia recipiat formam, & forma informet materiam.

Causalitas formæ respectu compositi.

3 Hinc habetur quod materia in entitate est natura prior, (& etiam tempore aliquando) ipso composito, sed in causalitate, licet non sit prior composito prioritate *in quo*, est prior tamen prioritate *à quo* quod sufficit ad prioritatem causæ respectu effectus. Neque attendendum est quod materia tunc causat compositum, quando componit idest quando ipsi in est, ergo quando est *in quo*, sed quando est *in quo* non habet prioritatem per nos, ergo non potest esse Causa; Quoniam sufficit quod habeat prioritatem, etiam quando inest, sicuti habet inclusum respectu includentis, & pars respectu totius. Habetur etiam quod

quomodo prior effectu.

cum effectus dicat relationé ad causam, non per hoc materia, & forma dicunt relationem ad se ipsas in ratione entitatis, sed solum in ratione completi, nempe materia in esse completo in qua ratione est effectus dicit relationem ad se in esse incompleto, nam vt incompleta entitas (quæ complementum accipit) est compars, adeoque Causa.

4 Forma etiam est effectus aliquo modo, licet non vltimatus, tamen immediatus ipsius materiæ vt patet ex Aristotele, qui 5. Meth. Tex. 29. habet *formam esse ex materia*, & constat etiam quia, vt supradiximus formam causari à materia, est formam fieri concurrente materia, vt subiecto substentante, sed omnis forma materialis est hoc modo, ergo omnis forma materialis est effectus materiæ. Respectu vero formæ spiritualis, licet materia sit intrinsece vnita ipsi informanti tamen non est eius causa Physica, sed moralis, vt alibi dictum est, ergo non habet causalitatem respectu formæ spiritualis, quam per esse motiuum: respectu vero formæ materialis causalitas materiæ in actu primo est esse partem receptiuam, in actu vero secundo est ipsa substētatio formæ. Sed si velimus compræhendere etiam formas spirituales possumus dicere

Effectus vltimatus materia.

cau-

causalitatem materiæ esse potentiam receptiuam (& hoc modo bene dispositа potest dici motiuum') in actu primo: in actu vero secundo est ipsa receptio formæ.

5 Causalitas materiæ respectu cōpositi, nec per se, nec per aliud potest suppleri à Deo. Non per se, quia causalitas materiæ inuoluit imperfectionem, nam causare per modum partis est causare per modum, entis incompleti, sed hoc inuoluit imperfectionem, vt patet, ergo Deus per se non potest supplere. Neq; per aliud quia illud aliud est eiusdē rationis cum materia, vel non? Si primū, ergo esset mutare materiam, nō supplere: Si secūdū, ergo compositum ex illo, & forma differret essentialiter à composito ex materia, & forma, nam sicut variata vna vnitate variatur totus numerus essentialiter, ita variata vna parte essentiali compositi variatur totum essentialiter, sicut si loco animæ rationalis ponatur anima innibilis non esset homo, sed Equus, ita etiam variata materia, quæ est altera pars compositi essentialis, variatur compositum essentialiter. Si supponatur dari materiam spiritualem (si sit possibilis, cū sit possibilis, imo de facto detur forma spiritualis, licet improbabile reputetur à Suarez disp. 13. sec. vltima

Causalitas. An suppleri possit causalitas.

materia spiritualis.

tima,) vel habet rationem materiæ idest rationem potentiæ receptiuæ, & partis complebilis, & perfectibilis, & tunc esset, permutare non supplere, vel non habet rationem materiæ, & sic variaretur essentialiter compositum, sicuti variatur suppositum, si natura mutat subsistẽtiam nam licet subsistentia increata suppleat subsistentiam creatam in ordine ad faciendum subsistere naturam humanam, tamen non constituit idẽ suppositum: subsistentia enim humana, & natura humana constituunt purum hominem; Natura vero humana subsistens per subsistentiam increatam cõstituunt hominem Deum, vt est Christus, in quo natura humana subsistit per subsistentiam verbi, ergo signum est quod variato vno essentiali, variatur tota essentia.

Subsistẽtia Increata.

6 Verum quidem est quod causa æquiuoca potest supplere causam efficientem Vniuocam, sed hoc prouenit ex eo quod efficiens est causa extrinseca, non intrinseca vt materia respectu effectus; cuius cum sit pars essentialis Physica ipsa variata variatur essentia, ergo non potest suppleri à Deo eius Causalitas respectu compositi, potest tamen supplere Causalitatem materiæ respectu formæ materialis, de facto enim in venerabili Sacramento Eucharistiæ

sup-

supplet causalitatem subiecti respe- ctu accidentium, vel concurrendo per maiorem influxum in genere causæ efficientis, vel ponendo in accidentibus modum superadditum qui tribuat illis formaliter subsistere absque subiecto, ergo etiam respectu formarum materialium cum sit par ratio.

Quomodo posset suppleri causalitas respectu formæ.

7 Non obstat quod esse subiectum dicat imperfectionem, quæ cum non possit esse in Deo neque ab ipso suppleri potest. Quoniam effectus subiecti respectu formæ est substentare formam, sed potest substentare, vel concurrendo in genere causæ efficientis, vel per aliquod aliud, quod non dicat imperfectionem vt euenit in Venerabili Sacramento, ergo potest supplere substentationem. Verum tamen est quod in tali supplemento non esset idem compositum, sicuti si forma esset in materia, neque ex tali supplemento haberetur forma educta de potentia subiecti, quia non adesset subiectum, sed habita forma materiali, vel per Creationem, vel educta de potentia subiecti, corrupto subiecto, seu annihilata materia potest haberi substentatio formæ ab ipso Deo, sicuti de facto habetur substentatio accidentis in Eucharistia, in qua non est panis, sed Corpus Christi, ergo

confirmatio.

subsistentatio potest suppleri à Deo aliquo modo, quod excludat imperfectionem.

An terminus possit esse sine re terminata.

8 Ad id quod dicitur terminum videlicet non posse esse sine re terminata, ergo neque forma sine materia cum forma sit terminus materiæ, sicuti nec quantitas sine figura, nec natura sine subsistentia cum figura sit terminus quantitatis, & subsistentia terminus naturæ, facillime respondetur dicendo, quod terminus non potest esse sine re terminata dummodo, vel sit essentialiter terminus, vel modus rei sicuti est figura respectu quantitatis ac subsistentia respectu naturæ. Sed forma non est nec modus, nec essentialiter terminus materiæ. Anima enim rationalis est terminus, & tamen potest esse sine materia, hoc modo accidit de scibili quod potest esse sine scientia, & tamen scibile est terminus scientiæ: Obiectum pariter est terminus cognitionis, & potest esse absque eo quod sit cognitum, vt etiam visibile sine visione, & tamen visibile est terminus visionis, ergo terminus essentialis rei terminatæ non potest esse absque terminato, sicuti non potest separari modus à re modificata. Vel potest fieri distinctio. Terminus non potest esse sine re terminata, vt terminata concedo,

cèdo, vt entitas absoluta nego: materia itaque potest esse sine forma, & è contra, & tunc non est terminus, vt patet.

CENTILOQ. XXXX.

De Causa Formali.

1 COnstat ex suprapositis dari Causam formalem quæ est ratio, vt Aristoteles ait, *ipsius quod quid erat esse rei* idest forma est perfectio per quam vltimo constituitur compositum in tali esse, & per talem definitionem explicatur causa formalis intrinseca, vt Anthonomastice talis, & vt constitutiua compositi in tali esse. Eius causalitas in actu primo est esse ens incompletum in ratione actus: in actu vero secundo est complebilitas, igitur effectus formæ est compositum, quia forma est essentialiter pars compositi, sed vt pars complens est causa formalis, vt patet per definitionem, ergo est causa compositi, quod licet sit nobilius sua causa inadæquata, tamen sua causa adæquata non est nobilius imo quamuis esset nobilius adhuc non tolleretur ratio causæ quia ele-

Causa formalis quæ.

Eius causalitas.

Eius effectus.

menta sunt ignobiliora Animalibus, & tamen sunt illorum causæ.

An possit suppleri eius causalitas.

2 Eodem modo hic soluenda sunt Argumenta, sicuti soluta sunt superiori Centiloq. in Causa materiali, quatenus est causa compositi nempe quod esset causa sui ipsius &c. quia non est causa sui ipsius in entitate, cuius est causa materia substentando, sed in Complebilitate, & eodem modo quo supradiximus, ideoque huc repetenda sunt quæ ibi exactius statuta fuerunt. Quinimmo per eadem argumenta quibus supra probatum est non posse suppleri a Deo Causalitas materiæ probatur neque posse suppleri causalitas formæ. Accedit etiam quia si suppleretur esset idem compositum ex supposito, & non esset idem cum non haberetur id per quod habetur taleitas, & identitas, ergo esset idem, & non esset idem quod est absurdum.

Quomodo respectu materia.

3 Respectu materiæ forma nullam habet causalitatem propriam, & veram cum habeat etiam existentiam propriam independenter à forma, quæ solum determinat materiam. Quoniam materia habet potentiam Vniuersalem ad omnes formas, ergo à forma solum habetur determinatio materiæ; quæ sine forma non existit connaturaliter, cum materia naturaliter sit ordinata ad com-

po-

positum ideoque ad habendam formam, nã ex positione formæ sequitur compositum. Imo nec potest dari agens naturale quod spoliet illam omni forma, in tantum enim agens naturale agit in materiam, in quantum intendit assimilare sibi passum per productionem formæ eiusdem speciei in materiam, & sic expellendo alteram. ergo nullum potest dari agens quod possit spoliare materiam aliqua forma, quin introducat alteram. Et quando naturali agente spoliatur Corpus anima rationali, etiam si statim non introducatur alia forma substantialis (si non datur forma Cadauerica) tamen ponitur dispositiue alia forma, ergo non restat spoliata naturaliter omni forma, cum habeat saltem formas accidentales, vel partiales.

Quomodo materia sine forma.

Ab agente naturali an spoliari.

4 Spoliari potest supernaturaliter omni forma. Primo quia Materia habet existentiam, vt vidimus distintam ab existentia formæ, ergo si spolietur omni forma poterit existere naturaliter existentia propria naturali. Secundo quia Deus potest cõseruare materiam dextruendo formam quam habet, sed potest suspendere concursum nè producatur altera, ergo potest supernaturaliter existere sine forma. Tertio quia, quæ distinguuntur realiter, saltem per Diui-

Supernaturaliter potest.

uinam omnipotentiam possiunt existere separata, sed materia, & forma sunt entitates realiter distintæ, & diuersissimæ, ergo possiunt existere separatæ saltem supernaturaliter. Non potest existere totum separatum à partibus cum non distinguatur realiter ab ipsis, neque actio potest existere separata à termino, cum sit idem realiter ac terminus pro vt recipiens esse, à tali Causa.

5 Non valet paritas, quod scilicet Genus nõ possit esse sine differentia, ergo neq; materia sine forma cum eodem modo se habeat illa respectu compositi methaphysici, sicuti ista respectu compositi Physici. Primo quia gradus methaphysici respectu eiusdem compositi identificantur inter se, imò sunt; idem realiter, nam Animalitas, quæ est in hoc, est idem realiter ac rationalitas, licet non sint idem formaliter, materia vero, & forma non Identificantur inter se, licet compositum identificetur ex materia, & forma simul. Secundo quia non potest inueniri à parte rei quod non sit limitatũ, & singulare, ergo nõ potest esse genus, nisi contractum à Differentia, & ab indiuiduatione sed non militat hoc in casu nostro, ergo materia saltem supernaturaliter potest existere sine forma, & tunc quamuis esset illimitata, negatiua, &

Occurritur Obiectionibus.

& indeterminata ad tale esse completum, tamen non esset illimitata, adeoque infinita positiue, nec indeterminata ad suũ esse incõpletũ sed esset finita positiue, quia esset vna numero, & esset determinata in suo esse incompleto, quia haberet suum actum entitatiuum, ideoque esset positiue; negatiue solum respectu formæ.

6. Quãuis possit spoliari à Deo omni forma substantiali, tamen nõ potest spoliari modis, cum res modificata non possit esse nec supernaturaliter sine Modo, huiusmodi sunt vbi, Duratio &c. Quia si materia est, necesse est vt sit in aliquo loco, & coexistat alicui durationi; isti enim modi sunt essentialiter affixi rei modificatæ. Neque dicas quòd est maior connexio inter materiam, & formam, quam inter modos, & substantiam, materia enim, & forma concurrunt ad faciendum vnum per se. Quoniam, vel modi non dantur distincti realiter vel si dantur realiter distincti cùm sint essentialiter affixi rei, non possunt separari, sed materia non est affixa formæ; ergo si spoliaretur supernaturaliter omni forma, posset naturaliter existere per propriam existentiam. Hæc spoliatio ab omni forma est miraculosa cũ sit præter exigentiam naturæ, quæ vult com-

Modi an inseparabiles.

Spoliatio quid miraculosa.

compositum, adeoque vnitam formam materiæ, sed cum materia habeat propriam existentiam distinctam ab existentia formæ, si supernaturaliter spoliaretur omni forma eius talis existentia esset miraculosa solum quo ad modum.

CENTILOQ. XXXXI.

De Toto.

Totum quid,

1 EX forma, & materia vnitis constituitur compositum quod potest esse vel accidentale, vel substantiale. Accidentale quod fit, vel ex partibus quæ sunt in diuersis summis generibus, vt sunt substantia & accidens quemadmodum V. G. est paries albus: vel ex pluribus entibus completis quamuis ad idem prædicamentum pertinentibus, non tamen se habentibus vt actus, & potentia, nec vt perfectibile, & perfectiuum substantialiter, huiusmodi totum accidentale est V. G. Aceruus lapidum, & Domus constructa ex lapidibus, lignis &c. Et de illo ente accidentali non est hic sermo. Substantiale Totum aut est integrale, quando conflatur ex partibus substan-

Quot modis Accidentale.

Integrale.

ſtantialibus integrantibus concurrentibus ad vnum ſubſtantiale integrum, ſed tales partes reſpiciunt totum ſecundum quantitatem vt V. G. miſtum conflatum ex Elementis, & corpus integratum ex membris concurrentibus ad integrandum vnum quod eſt ſubſtantiale. Aut eſt totum ſubſtantiale methaphyſicum, cum componitur ex partibus methaphyſicis, ex genere, videlicet, & Differentia; vt V. G. cum dicitur homo eſt Animal rationale. Et neque de iſtis eſt hic ſermo. Aut ſubſtantiale eſt totum phyſicum cum conſtat ex partibus Phyſicis ſubſtantialibus incompletis, ex materia ſcilicet, & forma; aut ex partibus (quod idem eſt) ſe habentibus vt actus, & potentia, vel vt perfectibile, & perfectiuum ſubſtantialiter vt V. G. natura humana, & ſubſiſtentia. Et de hoc querimus;

methaphyſicum.

Phyſicum.

2 Quod detur hoc totum ſubſtantiale Phyſicum comprobare, idem eſt, ac aerem verberare, cum quicumque, qui ratione non ſit expers, id ſenſibus contrectet; homo enim lignum, aqua, &c. cum coſtetur ex materia, & forma propria; ſunt tota ſubſtantialia Phyſica. Sed quod ſit tale totum dicimus, cum S. Thoma. 4. contra gentes c. 81. non eſſe niſi partes vnitas cum nõ ſit alia entitas realiter

Datur.

Nihil eſt, quã partes unitæ.

liter distinta, & superaddita ipsis partibus vnitis, vt ait] etiam S. Au-
1. ratio. gust. 7. de Trinit. c 4. vbi ait animam, & corpus esse hominem: S Thomas prima parte q. 11. art. 2. ad secundum aiens totum Etherogeneum esse multitudinem partium diuersarum rationum vnitarum. S. Basil. hom 12. hominem esse animam commode, & conuenienti carni alligatam, S Athanasius in symbulo canit *Anima rationalis, & caro vnus est homo*; quod assertum falsificaretur. Si esset etiam aliquod aliud præter animam rationalem, & corpus.

2. ratio. 2 Est etiam, expressa sententia Aristotelis præcipuè 4. Physicorum tex. 23. vbi ait *non esse præter partes totum*, ergo non est entitas realiter distinta, & superaddita partibus. Si
3. ratio. enim esset entitas realiter distinta à partibus, vel esset distinta secundum se totam, idest secundum omnia, quæ includit vel secundum aliquod sui: Non primum, quia partes includuntur essentialiter in toto, ergo non potest totum secundum omnia, quæ includit distingui à suis partibus. Nō secundum quia, si esset distinta secundum aliquod sui; Quæro illud *secundum aliquod sui* esset pars totius vel non esset pars. Si esset pars, cū totum non includat, nisi materiam, & formam, illud, per quod distinguere-

re-

retur à materia, & forma esset, vel materia, vel forma, quæ sunt partes totiùs, in quo, aliæ non reperiuntur. Si verò non esset pars certè esset totum (cum in toto non sit nisi pars, & totum) sed totum non potest esse; tum quia totum includeretur in toto, tùm quia hoc totum, quod superadditur partibus, vel includit partes vel non. Si secundum ergò dabitur totum sine partibus; quod est falsissimum. Si primum, ergò debet dari superadditum ipsis partibus cum per aduersarios omne totum dicat superadditum partibus. Quæro iterum hoc superadditum est pars, vel totum, nō pars, vt vidimus, ergò totum, sed semper redit argumentum, vt patet ergò processus in infinitum, non euitabitur.

4. Confirmatur non solum ex alijs totis, quæ non dicunt aliquod realiter superadditum, & distinctum ab ipsis partibus vnitis, sicut quando duæ aquæ vniuntur, & faciunt vnam; quando albedo vnitur parieti, & faciunt album &c. Sed etiam efficaciter ex Thol primo Physicor. q. 8. ratione 2. Quoniam illa tertia entitas, quæ esset realiter distinta à partibus, vel vt res a re, vel vt modus à re esset ne diuisibilis, vel indiuisibilis; Non secundum cum sit quid Physicum, & componatur ex partibus, quæ possunt diui- Instantia. 4. ratio.

diuidi, & ad inuicem separari. Si primum ergo potest diuidi in partes, sed non potest diuidi in alias partes quam in materiam, & formam ergò non est tertia entitas distinta, & seperata ab illis; Si enim diuersa ab illis non diuideretur in materiam, & formam, sed in illas proprias partes cum omne totum possit diuidi in partes proprias quas habet &c.

5. Neque dicas, quod multa prædicata possunt conuenire toti non partibus potest enim dici totum generari, agere, esse vnum ens substantiale completum, & alia, quæ non possunt dici de partibus; ergò realiter distinguitur totum à partibus. Primò quia diuersa prædicata non arguunt distintionem realem semper sed formalem, vt examinatum est de actione Centiloq. 38. n. 8. & vltrò concedo formaliter distingui totum à partibus. Secundo quia licet omnia prædicata, quę conueniunt toti non conueniant partibus distributiuè acceptis, attamen omnia conueniunt partibus realiter collectiuè acceptis, & vnitis, & sic partes collectiuè acceptæ, & vnitæ non dicuntur causa adequata totius, sed dicitur totum. Solum igitur partes sunt causa adequata totius si sumantur partes ambæ, sed distributiuè acceptæ, quæ cum se habent, vt actus, & potentia faciunt vnum per se.

Distinguitur formaliter à partibus

Partes sunt causæ totius.

Ad-

6 Additur ab Aduersariis pro comprobatione, instantia binarij, nempe si in mundo esset creatus Petrus, & Paulus tantum, non solum essent ista duo entia, sed etiam tertia, idest binarium, ita etiam totum est tertia entitas, quæ non est neque materia, neque forma, sicuti binarium non est Petrus neque Paulus Sed hoc retorquetur contra eos, nàm binarium non est, tertia entitas distincta à Petro, & Paulo simul sumptis, ergo non est tertia entitas realiter distincta binarium, neque totum erit distintum realiter; & superadditum partibus, sed solum formaliter à partibus vnitis collectiue acceptis, idem dic etiam de Binario. Hac distintione intelligi debet Aristotiles, dum dicit totum esse quid superadditum partibus, idest partibus distributiue acceptis non collectiue, ergo totum non dicit entitatem realem distintam, realiter, & superadditam ipsis partibus vnitis collectiue acceptis.

7 Non valet totum non esse tantum partes quomodocumque acceptas cum debeant esse partes vnitæ, sed partes vnitæ dicunt vnionem, quę est aliquid diuersum à partibus. Primo quia, & si vnio daretur realiter distincta à partibus, tamen cum totum nó sit vnio, sed partes vnitę, certe esset & materia, forma, & vnio, & non ter-

Fundamentum contrarium. Dissoluitur 1.

tertia entitas diuersa, & realiter distinta ab omnibus illis simul sumptis.

Secundo Secundo, quia vnio non distinguitur nisi formaliter per diuersos conceptus ab ipsis partibus coæxistentibus cum proportione, & sine impedimento dispositis se habentibus, vt actus, & potentia ad faciendum vnum: Nam partes tali modo dispositæ, non possunt non esse vnitæ, ergò non requiritur Vnio distinta realiter à partibus dispositis modo supradicto, Et quãuis possint esse non vnitæ per miraculum, si partes sint dispositæ, vt dictum est. Certè hoc non arguit vnionem superadditam, sed potiùs demit. Quoniam non requireretur miraculum si partes possent esse non vnitæ sine vnione distinta dummodo partes sint dispositæ, vt diximus: ergò cum requiratur miraculum, vt materia non sit vnita formę, signum est, quod non requiritur vnio distinta ab ipsis partibus. Et hoc est secundum mentem Aristotelis habentis 8. Meth. Tex. 15. & 16. Quod ad hoc vt anima, & corpus faciant vnum, non requiritur Copula cum se habeant, vt actus & potentia.

An detur vnio distinta.

Confirmatur nostra sententia.

Confirmatur 2.

8 Demon in Energumeno, & Angelus in Cœlo, non se habent vt actus, & potentia, ideo non faciunt vnum per se, & possunt non esse vnita, etiam si sint penetrata, cum non se

se habeant vt formæ informantes; ergò quotiescumque partes substantiales se habent, vt actus, & potentia simul coexistentes bene dispositæ sine impedimento ad faciendum vnum per se non requiritur Vnio distincta, quemadmodum non requiritur ad hoc, vt sit vnum, vel per agregatum, sine ordinatione, vt est Aceruus lapidum, vel per aggregatum ordinatum, vt est exercitus, aut per rationem moris, vt est vnio voluntatum, in quibus sicuti non datur vnio distincta realiter, & superaddita partibus, ita non datur in alijs, vt patet etiam non dari in vna aqua conflata ex pluribus guttis; aliter enim per infusionem vnius guttæ in mare variaretur totum vnitum. *Vnum quot modis.*

Instantia.

7 In duobus globis ceræ, & in triduo mortis Christi cum partes non sint bene dispositæ, in Cera enim adest durities, & in triduo mortis Christi non erant partes coexistentes, & intime penetratæ; hinc est quod non fiat vnum, sicuti fit quando à globis Ceræ tollitur durities, & alia impedimenta. & dantur Cætera requisita, & sicuti fuit quando anima Christi post triduum fuit intime penetrata corpori bene disposito cum omnibus requisitis, ergo intima penetratio partium bene dispositarum se habentium, vt

actus

actus, & potentia, & aptarum facere vnum tollit earum indifferentiam ad esse vnitas.

10 Neque hinc sequitur animam separatam habere actiuam potentiam, & propensionem ad materiam sicq; status eiusdem extra corpus esset ei violentus ideoque resurrectio esset naturalis. Quia licet habeat inclinationem naturalem ad Corpus dum est separata, non tamen est in statu violento, quia ad violentum requiritur repugnantia, sed anima non habet repugnantiam ad essendum extra Corpus, nam si haberet anima repugnantiam ad essendum extra Corpus vt in statu violento essent ei à natura insitæ vires, quibus posset se liberare ab illo statu violento, sicuti sunt insitæ vires aquæ, vt possit se reducere ad statū frigiditatis connaturalis quando est calefacta, sed animæ non sunt tales vires, ergo non est in statu violento. Neque est in statu naturali dum est extra corpus cum connaturale, sit animæ esse in corpore. Solum igitur restat dicere, tunc animam esse in statu præter naturam idest in statu ad quem habet meram non repugnantiam vt sentit S. Thom. prima parte q. 89. art. p. ibique Caiet: quos citant, & sequuntur Conimb. primo Physicorum c. 9. q. 11. art. 4. ad quartum.

Requisitum ad violentum.

Anima extra Corpus an in Violento.

An in statu præter naturã.

Ob:

11 Ob hanc rationem optime communiter dicitur resurrectionem non esse supernaturalem quo ad substantiam, sed solum quò ad modum, cum in his, & his circumstantijs anima non possit de se esse intime penetrata corpori ideoque neque vniri corpori, cui si deesset quantitas per Diuinam omnipotentiam, vniretur materiæ, & sic esset homo sine organizzatione, quæ absolute non requiritur ad esse hominem, sed solum requiritur ex necessitate Physica, hoc est in quantum non potest operari, vt regulariter operatur homo. solum itaque requiritur ad esse vnum substantiale, vt partes se habeant vt actus, & potentia bene dispositæ ad faciendum vnum per se intime penetratæ, ideoque simul ibidem coexistentetes sine impedimento. Et licet coexistentia sit duratio, & duratio semper varietur, attamen non variatur compositum, cum duratio non faciat vnire partes, sed facit quod coexistāt simul, quæ cum remaneant semper eædem, compositum etiam erit idem, ergo illa coexistentia, seu duratio simultanea est conditio sine quà non, & non est id, quod constituit, quia si esset duratio constitutiua, cum requiratur, etiam si detur vnio distinta, variaretur compositum vt patet.

Ad vnū substantiale quid requiritur

P Ne-

12 Neque obstat quod Vnio est id quò partes vniuntur, & quo tollitur indifferentia partium ad esse vnitas, & non vnitas, & quæ est ratio formalis dans effectum formalem partium vti vnitarum, ergo vnio non sunt partes, sed quid superadditum partibus. Quia sine tali entitate superaddita partibus, coexistentia partium intime penetratarum, seu ad inuicem concinne respicientium, se habentium vt actus, & potentia cum omnibus requisitis sine impedimēto ad faciendum vnum eiusdem rationis, hoc totum inquam est ratio, primo quà partes ita sint vnitæ, vt neque per Diuinam omnipotentiam possit fieri quod non sint Vnitæ, dummodo non tollatur vnum ex dictis requisitis, vel Deus non ponat obicem contra exigentiam naturæ sicuti est miraculum; Deus enim nō potest facere vt partes sint penetratæ, & nō sint penetratæ sint coexistentes & nō coexistentes &c. ergo neq; potest facere quod non sint vnitæ dummodo sint cum omnibus dictis dispositionibus, cum nihil aliud sit esse partes vnitas, quam coexistentes penetratæ concinne se se respicientes se habentes vt actus, & potentia sine impedimento, & cum omnibus requisitis ad faciendum vnum. Secundo hoc totum est ratio qua tolli-

Obiectiones.

Solutiones pro prima.

Vnio partium quid.

tur

tur indifferentia ad esse vnitas partes, cum positis illis omnibus non possint non esse vnitæ, vt dixi. Tertio illa pariter omnia est ratio quà habetur effectus formalis idest esse vnitum seu compositum. Et hoc non solum debet intelligi de composito Physico habente formam materialem, verum etiam de composito humano habente formam spiritualem, cum eodem modo se habeat in ratione formali compositi, & cum non possint esse partes cum omnibus illis memoratis requisitis, & non esse vnitæ.

pro secunda.

pro tertia.

13 Neq; hinc potest inferri quod etiam anima rationalis generaretur per dispositiones sicuti aliæ formæ materiales, Quoniam illæ dispositiones se habent vt motiuum, & vt causæ morales ad animam rationalem, Deus vero se habet vt efficiens respectu animæ rationalis illam creans ad præsentiam causæ moralis, homo vero se habet vt causa efficiens dispositionum, & præperationis materiæ, & sicuti agẽs est causa efficiens physica ipsius formæ materialis, cum illam educat de potentia materiæ, ita Pater dicitur causa Filij, quia causando vltimam dispositionem, Filius recipit naturam à Patre, vt dictum est cum Valent & S. Thom. supra cent. 33. num. 7.

Anima rationalis non educitur

Pater quomodo causa filij.

P 2 CEN-

CENTILOQ. XXXXII.

De Causa Finali.

Causa finalis datur, & est vera causa.

1 COnstat ex ipsa operatione agentis operantis propter finem dari Causam finalem, quæ, & quod detur, & quod sit causa realis probat Aristoteles enumerans hanc inter causas reales, quin, ex ipsa causalitate, & effectu reali patet, & vt diximus alibi, quando egimus de causa efficiente, & vt dicemus infra quidquid dicant Sthoici, vt apud Senec. l. Epist. Epist. 66. & apud Ciceronem in Thopicis ad Trebatium, aientes solam causam efficientem esse veram causam realem. Et quamuis finis methaphorice moueat agens ad operandum, cum illud non trahat motu Physico, attamen vere, & realiter causat, cum vere, & realiter agens operetur gratia finis, qui mouet illud per bonitatem cognitam; Et sicut agens, tam in actu primo, quam in actu secundo dicitur causa vera, & realis, ita finis, cum agens realiter, & sit potens proxime operari, & actu operetur gratia finis, cum ex eius bonitate reddatur vltimo

Non tamen motiuum.

mo

mo determinatũ ad operandum quo ad exercitium.

2 Neque obstat quod effectus, & causa debeant esse simul, & finis non possit esse simul cum effectu, cum finis opponatur Principio, ex Aristotele 3. Meth. Tex. 3. Quoniam finis si non in executione idest secundum entitatem; saltem in aliquo sui, idest in bonitate cognita, & appetita ab Agente, & in causalitate agentis operantis propter finem, est simul cum effectu, sicuti non requiritur quod sit planta, quando per eius semen producitur alia. sufficit enim vt sit in aliquo sui nempe in semine, & sic finis non secundum id quod causat idest non per bonitatem cognitam mouentem tali modo agens opponitur principio, sed secundum entitatem, nam primum in intentione est vltimum in executione, ideoque in entitate opponitur principio idest incohationi, & non secundum id per quod causat (vt dixi) opponitur principio, cum secundum id, per quod causat, sit principium: secundum entitatem vero licet denominatiue dicatur finis, tamen realiter est effectus, vt alibi dictum est. *Quomodo simul cum effectu.*

3 Ex Aristotele hic Tex. 23. & alibi dicitur finis *id cuius gratia aliquod fit*, idest ex cuius amore (vel inna- *finis quid.*

innato, vt lapis quando mouetur ad Centrum; vel elicito, vt cum homo acquirit, diuitias,) mouetur agens ad aliquod faciendum. Ex quo patet tria requiri ad rationem finis, primum vt sit extrinsecum, & terminus operationis, nam habito fine quiescit agens à motu, & hoc intendit Aristoteles primo Ethicorum cap. 2. Secundum vt propter ipsum, aliud ametur, distinctum saltem sub diuersa ratione à fine, vt cum quis amat conseruationem sui propter se, & hoc patet ex definitione per particulam *aliud fit*. & hic maxime verificatur illud principium *propter quod vnum quodque tale, & illud magis*. Tertium vt habeat finis rationem boni, & optimi, cum finis, & bonum conuertantur, & moueat agens, quod nullo modo intendit per se ad malum; vt Aristoteles loco supracitato, & tamen agens intendit per se finem.

Requisita.

Agens non intendit malum.

4. Multas patitur finis diuisiones. Alius enim dicitur finis vniuersalis, vel trascendendo per omnes fines, idest ratio boni in comuni, vel quatenus intenditur in operatione à causa simpliciter prima. Alius particularis, qui intenditur à causa particulari. Alius dicitur intermedius, seu non vltimus, qui non appetitur simpliciter propter se, vt

Finis quotuplex uniuersalis Particula-

vt medicina, quæ non expetitur propter ſe, ſed propter ſanitatem. *Intermedius.* Alius dicitur vltimus, qui propter ſe appetitur, & non ordinatur ad aliud. Finis vltimus, vel eſt abſolute vltimus, vt Deus, vel vltimus reſpectu determinatæ operationis, vt ſanitas, eſt vltimus finis reſpectu deambulationis. *Vltimus Quotuplex.* Alius eſt finis operantis, vt V. G. Lucrum reſpectu frenum facientis. *Finis operantis* Alius eſt finis artis, ſeù artificis, vt artificis, ità eſt frenum in freni factoria. *Artis.* Alius eſt finis ipſius rei factæ, vt finis freni eſt regimen Equi. *Rei factæ.* Alius eſt finis formalis ſeu *Quò*, & eſt ipſamet acquiſitio rei expetitæ. Alius eſt finis obiectiuus, ſeù *Qui*, & eſt ipſa res acquiſita prius expetita, & hi duo fines integrant vnam cauſam finalem, *Cuius gratia*. *Finis quo.* Finis obiectiuus aliquando non eſt factus, vt ſanitas: aliquando eſt factus, vt theſaurum; aliquando finis, *Qui*, & *Quò* ſunt vnus realiter, vt cum quis amat ſpeculationem, quæ realiter eſt actio, & actus, qui conſequitur. *Finis qui. Cuius gratia. Nota*

5 Alius eſt finis Cuius gratia, & eſt id, ad cuius acquiſitionem adhibemus media. *Finis Cuius gratia.* Alius eſt finis Cui, & eſt id cui volumus acquirere finem Cuius gratia, vt V.G. dum acquiro mihi ſanitatem per laborem; labor erit medium; quod ſo- *Cui*

lum intenditur gratia finis, sanitas est finis cuius gratia, cum ad eius bonitatem acquirendam moueatur agens, & ego sum finis cui. Isti duo fines integrant vnam causam finalem, nam vterque simul mouet agens ad operandum. Et ratio à Priori est quia finis mouet agens, sed finis cuius gratia est bonum, & bonum est alicui bonum, ergo isti duo integrant vnam causam finalem, & sic nec finis, cuius gratia tantum est causa finalis, cum illa expetatur alicui, neq; finis, cui est solum causa finalis, neque finis, cuius gratia est medium, nam finis cuius gratia habet bonitaté per se, quę expetitur per se, & mouet agés, ergo vterq; simul est causa.

Isti duo integrãt vnam causam finalem.

6 Verum quidem est, quod finis Cui in ratione finis cum sit magis vltimus est nobilior fine cuius gratia; sed in ratione entitatis aliquando est nobilior, vt cum nobis volumus Diuitias; aliquando ignobilior, vt cum nobis desideramus naturam Angelicam. Hoc tamen intellige de bonis particularibus; loquendo enim de summo bono quod est Deus, semper, & in entitate, & in ratione finis est nobilior, quia semper est vltimus, quando enim volumus Deum nobis, tamen cum velimus eum nobis per ipsum, vt ordinate amemus, certè semper Deus est finis

Qui finis nobilior, & quomodo.

finis cui, aliter inordinate amaretur. Hinc patet finem Cui amari independenter ab alio, & intransitiuè, ideoque dicitur amari amore amicitiæ, seù quasi amicitiæ, idest sine ordine ad aliud; finem verò cuius gratia amari amore concupiscentiæ, transitiue, & per ordinem ad aliud, cum amicitia non possit esse nisi inter agentia libera intellectualia, & æqualia, vt sunt homines, vel quasi æqualia, vt sunt homines, & Angeli, vel quando amor est ad se ipsum certe, non potest homo amare amore amicitiæ creaturas sibi inferiores, animalia irrationalia; imo neque Deus potest amare nos proprio amore amicitiæ, cum non sit bonum in creaturis, quod non referatur ad Deum, ergo amat semper creaturas transitiue referendo illas ad se, & non potest sistere in solo bono creaturæ, quia vidit illud dependens à se, & non potest facere præcisionem. Nos vero amamus Deum amore quasi amicitiæ, quia licet sit inæqualitas, tamen; cum ametur intransitiue, & non per aliud vltimate, dicitur amari, amore quasi amicitiæ, Hoc modo potest esse etiam amor hominis respectu inferiorum V. G. brutorum;. Nam quamuis aliquis amet canem V. G. per ipsius bonitatem, quæ est amanti etiam bona, tamen

Quomodo conuenit.

Amor Amicitia.

Quomodo inter Deum, & Creaturas, & e contra.

men potest facere præcisionem, & amare intransitiue bonitatem Canis. Hinc etiam patet quod cum amor amicitiæ sit inter agentia *In*tellectualia, quando agentia naturalia naturæ impetu ducuntur, vt aliquid obtineant sibi, seu dum operantur gratia alterius, vt cum Auis nidificat propter prolem, & ignis ascendit gratia sui, non operantur amore amicitiæ.

Ratio formali non est futuritio. 7 Ratio formalis causæ finalis in in actu primo non potest esse futuritio, cum sæpe optetur quod nunquam erit: *Non possibilitas.* neque possibilitas, cum possit appeti impossibile, saltem cognitum vt possibile, vt si quis Deum oraret, vt ei donet naturam Angelicam: *Non amor.* Neque amor, seu appetitus finis, cum agens non operetur vt amet finem, sed tantum propter finem amatum. *Est Bonitas.* Itaque ratio formalis in actu primo potest dici quod sit bonitas honesta, vel delectabilis vt possidenda, posita tamen conditione de cognitione talis bonitatis. Hoc sentit Aristoteles pluribus in locis supracitatis, vbi pro eodem accipit finem, & bonum. Et ratio potest esse, quia illa est ratio formalis causādi finis in actu primo, quod est id cuius gratia agens redditur vltimate promptum ad operandum sed hæc est bonitas honesta, vel delecta-

lectabilis, vt possidenda: cum illud moueat agens ad agendum quod ipsum agens intendit acquirere, & quò acquisito, cessat operatio illius; huiusmodi est sola bonitas honesta, vel delectabilis, vt possidenda, ergo hæc est ratio formalis causandi in actu primo. Ex hoc apparet, & finis cui per particulam *vt possidenda* & finis cuius gratia quæ est bonitas, vel honesta, vel delectabilis.

8 Accedit quod ab illo mouetur agens ad operandum, vt acquirat finem dum est absens, à quò satiatur appetitus illius, dum est præsens, nã illud est primum in intentione, & vltimum in executione, sed appetitus agentis satiatur à sola bonitate, vel honesta, vel delectabili, ergo hæc est ratio formalis causæ finalis in actu primo. Dixi bonitatem solum, vel vt honestam, vel vt delectabilem, & non apposui vtilem, cum hæc reperiatur in medijs, adeoque non est sufficiens, non enim potest esse id cuius gratia agens operetur, cum sit expetibilis solum in ordine ad aliud, & in tantum est vtilitas bona in quantum est delectabilis. Dixi etiam *possidenda*, tum quia possessio est finis formalis quò vna cum bonitate, vt fine obiectiuo, completur, & adequatur finis. Tum quia non operatur agens ad aliquod possidendum,

cum possideatur, ergo operatur ad consequendum, vt possidendum.

Nõ quid commune bono, & malo.

9 Neque dicas cum Scoto in primo dist. prima q. 4 & in secundo dist. 43. q. 2. Rationem causandi in fine esse quid comune bono, & malo. Quia vt ait Dionisius 4: de Diuinis nominibus, nemo intendens in malum operatur, & S. August. in Enchiridio c 8. miseri non solum esse nolumus, sed neque velle possumus, ita etiam Aristoteles hic Tex. 31. & Senec. 4. de officio cap. 7. Secundo quia malum, vt malum est contra obiectum appetitus, sed nulla potentia potest operari nisi circa suum obiectum, ergo appetitus est solum circa bonum. Itaque quando voluntas operatur circa malum, semper in illo inuenit aliquam rationem boni. Et sic quando voluntas recedit á malo, mouetur tamquam à ratione formali, à bono opposito, nam recessus à termino à quò est via ad terminum ad quem. Itaque non malum, vt malum est obiectum voluntatis, sed solum malum specificatiue idest terminus, qui est fuga mali, quæ certe est bonum.

Neque cognitio vel apprehensio finis.

10. Neque dicas cum aliquibus apud Suarez disp, 24. meth. sec. 8. cognitionem, seu apprehensionem finis esse rationem formalem causandi in actu primo, cum finis causet pro

prò vt cognitus, ergo cognitio red-
ditſ potentem illum cauſare: Quia
finis non cauſat vt cognitus redup-
plicando virtutem cauſandi, ſed re-
dupplicando cognitionem, ſicuti
dicitur ignis calefacit vt approxima-
tus, non vero approximatio eſt
Cauſa, ideoque cognitio finis non
eſt ratio formalis cauſæ finalis in
actu primo, quia hæc eſt id à quò fi-
nis habet eſſe id cuius gratia agens
operatur, ſed cognitio non eſt hu-
iuſmodi, agens vero non operatur
gratia cognitionis finis, ſed vt finem
poſſideat. Quod confirmatur efficа-
citer, nam habito fine ceſſat actio,
quà agens operatur ad illum conſe-
quendum, ſed habita cognitione
finis, & bonitatis ipſius, non ceſ-
ſat actio vt patet, ergo &c. Neque
Vrgeri poteſt, quod illa eſt ratio
cauſandi in fine in actu primo, quæ
diuerſificat effectus cauſæ finalis,
ideſt actus voluntatis, ſed hæc eſt
cognitio, Deus enim clare viſus
mouet ad amorem ſpecie diuerſum
ab eo quò mouet hic in via, ſed hæc
diuerſitas non eſt in Deo, qui eſt
ſemper idem, ergo eſt à cognitione.
Quia cognitio non diuerſificat effe-
ctus per ſe, ſed tantum per accidens
diuerſificat, quatenus repreſentat
diuerſo modo obiectum, & non di-
uerſificatur cognitio niſi ex diuerſi-
tate.

Diuerſitas cognitio à quo.

tate obiecti, & Deus in Patria quodammodo est diuersus à modo in via cognito, nam nunc per speculum in enigmate, & per negationes, tunc vero positiue, & clare: ergo non potest variari cognitio sine aliqua varietate obiecti. Et quamuis ex ista variatione cognitionis varietur effectus, agens enim apprehendens obiectum bonum, vt quatuor fortius appetit quam si illud apprehendat bonum vt duo, sicut dicit etiam S. Thomas prima parte q. 80. art. 2. ponens differentiam essentialem inter appetitum rationalem, & sensitiuum, eo quod habeat diuersam apprahensionum boni. Attamen ista diuersitas non potest haberi quam ab obiecto saltem diuerso modo repræsentato, & diuersimode apprahenso, cum potentia per actus & actus per obiecta specificetur ex Aristotele, ergo sicut non potest haberi variabilitas cognitionis nullo modo inuariato obiecto saltem repræsentatiue, ita variabilitas effectus est signum variabilitatis cognitionis, & variabilitas cognitionis est signum variationis obiecti. Hæc tamen variatio effectus non prouenit formaliter à cognitione, sed applicatiue, & vt est conditio sine quà non, quatenus scilicet per talem conditionem tali, & tali modo ap-

occurritur. obiect.

applicatur potentia. Quemadmodum, variatur calefactio non formaliter, sed applicatiue per variationem approximationis in quantum, per approximationem tali, & tali modo applicatur ignis, à quo formaliter prouenit calefactio, & non ab approximatione nisi in quantum conditio,.

11 Non obstat quod per illud constituitur causa finalis in actu primo, per quod actu est, dum causat. Quia non per illam existentiam quam habet, dum causat, sed per illud quod denominatur, & vere est existens ab illa existentia in intellectu per cognitionem, est causa finalis in actu primo, sed illud quod denominatur existens ab existentia per cognitionem, est bonitas, ergo per illam constituitur causa finalis in actu primo posita conditione cognitionis existentis de ipsa bonitate, & hæc existentia sufficit ad concurrendum ad dandum esse effectui, cum existentia bonitatis per cognitionem moueat voluntatem ad operandum. *obiect.* *Solut.*

12 Maior difficultas est, an ipsa bonitas finis semper sit realis, non loquendo de bonitate quatenus facit aliquod concretum cum substantia, sed de bonitate secundum se præcise sumpta, & de ista dico (quæ est ratio formalis constitutiua causæ *Bonitas eius est realis.*

fina-

finalis in actu primo) quod semper sit realis. Quia nihil potest causare realiter, nisi sit ens reale, nam causa est illa cuius virtute propria effectus accipit esse; ergo debet illud habere in se causa ad hoc vt effectus accipiat esse, sed causa finalis est causa, & est coniuncta cum agente, ergo debet habere in se realitatem. Neque potest dari disparitas quod existentia realis effectus habetur ab existentia reali aliarum causarum nō finis. Quia cum finis concurrat ad dandam existentiam effectui, eius ratio formalis in actu primo debet esse realis sicuti est in cæteris causis. Accedit quod illa bonitas debet causare finaliter quæ debet obtineri, sed realis bonitas debet obtineri, & illa quæ est tantum apparens, & quæ habet realitatem tantum in cognitione, non debet neque potest obtineri, cum bonitas apparens sit malum reale, sicuti veritas apparens est realis falsitas, ergo solum realis bonitas causat.

Quomodi bonitas quæ est apparens sit motiua

13 Neque dicas cum aliquibus; quod bonum apparens potest mouere voluntatem ad amorem sui vt accidit in illo qui vellet non peccasse & in eo, qui desiderat esse Angelum, vel videre chimeram, vel non esse Deum &c. Quia bonum apparens licet possit esse aliquo modo volun-

luntatis, tamen non potest esse ratio motiua ipsius, quæ tantum potest esse bonitas realis, nam in tantum mouetur voluntas in quantum potest acquirere talem bonitatem, & solum bonitas realis potest acquiri, & sic voluntas non potest moueri ab aliquo impossibili cognito, vt impossibili, sed mouetur ab aliquo impossibili, ita tamen vt ratio motiua sit aliqua bonitas possibilis, & realis, sic peccator vult non peccasse propter bonitatem realem, quæ reperitur opposita peccato: ita Demones vellent non esse Deum, quia appræhendunt negationem Dei cum carentia penæ, & cum statu sibi connaturali, quæ omnia sunt bona realia, ita qui amat esse Angelum amat realem bonitatem Angeli, pariter, qui cupit, videre chimeram mouetur à bonitate reali quæ à parte rei reperitur in visione alicuius speciosi Animalis; Et licet videatur moueri à bonitate existenti in chimera quæ bonitas est impossibilis; tamen non mouetur à bonitate impossibili, sed mouetur à bonitate reali, cum motiuo chimeræ, non vero à bonitate chimerica, & pro clariori explicatione.

14 Non vrgeas quod voluntas moueatur à bonitate indiuiduali, quæ est bonitas chimeræ, sed bonitas

tas chimeræ est ficta, ergo mouetur à bonitate ficta. Quia voluntas mouetur à bonitate chimeræ, ita vt chimera se habeat vt motiuum concedo, vt ipsa bonitas sit chimera, & nego, & distinguo minorem, bonitas chimeræ est ficta, idest bonitas cum motiuo chimeræ est ficta nego, bonitas chimeræ, seu chimera, vt chimera est ficta, & concedo, & nego consequentiam. Explicatur distinctio, & responsio, V. G. si discipulus opinetur signum studij pulsatum esse, & vere non sit pulsatum, certe, mouetur à bonitate studij quæ est realis, & tamen est cum motiuo falso, scilicet de signo pulsato opinato, quod est falsum, & tamen non potest dici quod discipulus moueatur à bonitate apparenti, sed reali, idest á bonitate studij: sic qui mouetur ad videndam chimeram mouetur à bono reali, idest à delectabilitate, quæ potest recipi in visione, & hæc est realis ex motiuo tamen falso, seu chimerico, finis vero est bonitas realis vt patet in exemplis.

Instantia euidentissima.

15 Non obstat quod sæpè intendimus tamquam finem priuationes, & negationes, quibus non est bonitas realiter. Quia non intendimus illas vt rationem formalem motiuam, sed tantum materialiter; secundario, & per accidens, cum illa appetantur

pro-

propter bonitatem aliquam, quæ vel vel est coniuncta cum illis, vel ad obtinendum bonum oppositum malo, cuius carentia desideratur, vt cum quis appetit mortem, cum per mortem possit acquirere carentiam mali quod est bonum.

16 Neque obstat quod Aristoteles hic tex. 31. & 2. Et hic c.6. in fine ponit bonitatem, vel apparentem, vel realem, quia quando dicit bonitatem apparentem esse in fine intelligit, quod non requiritur, vt sit in actu, ipsa bonitas, sed sufficit si sit in potentia, vt S. Thom. 1.p. q.5 art. 2. ad secundum, & Conim. hic c.7. q. 23. art. 2. vel intelligit bonum apparens prò bonitate quidem reali in fine, coniuncta cum motiuo apparenti.

17 Non valet quod bonitas realis applicata subiecto incapaci est ficta sed ista est quæ mouet, ergo bonitas ficta mouet. Quia bonitas realis applicata subiecto incapaci nõ est ficta si secundum se consideretur, sed dicitur ficta, quatenus inuoluit aliquam fictionem, quæ est ficta coniunctio bonitatis realis cum subiecto incapaci, sed hæc coniunctio est conditio materialis exquisita ad hoc vt illa bonitas moueat.

18 Hinc colligitur solutio ad omnia argumenta, quæ possunt fieri, scilicet

licet quod ipsa bonitas tantū realis moueat, seù possibilis sit, seu impossibilis illius coniunctio cum subiecto possibili, vel impossibili: Et ratio est, quia, cum finis non causet vt actu existens à parte rei, sed solum, vt est in intentione; ergò solum requiritur existentia illius per intellectum, & sic sufficit si per intellectum vniatur illi bonitas, quæ mouet, quod patet, quia aliter in hac vita nunquam amaremus veram Dei bonitatem, cum in hac vita intellectus non cognoscat Deum nisi ad modum rei corporeæ, quæ coniunctio rei corporeæ cum Deo est imposibilis, & tamen voluntas non amat, nisi quod intellectus cognoscit, ergò voluntas nō mouetur nisi à bonitate reali: coniunctio verò talis bonitatis, siuè possibilis, siue impossibilis, cum obiecto possibili, seu impossibili se habet vt conditio materialis ad talem tractionem voluntatis, quæ habetur à tali bonitate.

Concordia sententiarum. 19 Colligitur ex dictis optima concordantia sententiarum; Vera namque est nostra, cum vera bonitas realis moueat vt vidimus. Sed vera est etiam sententia Aduersariorum, sumentium prò fine bonitatem simul cum tali motiuo, quod potest esse fictum, & apparens. & sic totum aggregatum, scilicet bonum reale, & fi-

& ficta coniunctio erit bonum apparens, & in hoc sensu videtur loqui Aristoteles dum dicit voluntatem moueri, à bonitate, & apparenti, scilicet sumendo bonum secundum totum aggregatum bonitatis realis, & motiui ficti, vt diximus.

20 Causalitas causæ finalis in actu secundo est eadem, ac causalitas, agẽtis quatenus agit gratia finis, ita S. Thom q. 22. de verit. art. 2. Auicenna 5. meth. orat. 5. c. 5. Albertus ibid. tract. p. c. 3. Suarez disp. 23. meth. sect. 4. Ruuius hic tract. 5. q. 3. Patet ex definitione, quia finis est id, cuius gratia agens agit, ergo causalitas agentis est causalitas finis, quatenus fit gratia finis, & consequentia probatur, quia illa est causalitas finis, quæ ponitur in definitione, sed non ponitur, nisi causalitas agentis operantis propter finem, ergo &c. Et confirmatur, quia causalitas finis in actu secundo est ipsum dare esse effectui; sed nullo alio modo dat esse effectui finis, quam per causalitatem agentis in actu secundo operantis propter finem, ergò illa est causalitas finis.

Causalitas finis in actu secundo.

21 Neque dicas cum Conimb. hic in c. 7. q. & art. 1. quod ipsa causalitas finis est quid antecedẽs omnem actum voluntatis, nam posito bono etiam finito alliciẽnte, cum voluntas

Non potest esse tractio.

tas sit libera potest adhuc illum amare, & non amare; itaque ista tractio præcedens natura, & tempore erit causalitas finis; quia hoc modo potest esse causalitas in actu secundo sine suo effectu, quod à nemine conceditur; itaque etiam si requiratur, & tractio, & amor, vt requisitum importatum in obliquo in causalitate finis, tamen non erit, neque amor, neque tractio causalitas in actu secundo, quia data tractione, & amore finis in ipso agente, si agens non exeat in actum secundum ad dandum esse effectui non erit effectus, ergo si esset tractio, vel amor causalitas in actu secundo posset esse sine suo effectu, quod non potest dici. Quinimmo si tractio esset causalitas in actu secondo ipsa causa finalis esset causa metaphorica, sicuti ipsa tractio est metaphorica, sed ipsa causa finalis est vera causa, ergo habet veram, & Physicam causalitatem, quæ est causalitas ipsius agentis actu operantis propter finem, vt melius in seq. Centiloq. n. 15.

Quo, et qui effectus finis. 22 Effectus causæ finalis aliqui sunt circa finem mediate, vt complacentia, Amor, intentio, desiderium efficax, finis, consultatio, iudicium, electio, & executio interna, vel externa mediorum. Aliqui sunt immediati, vt vsus mediorum; & ipsa exi-

sten-

stentia realis effectus: aliqui sunt, qui consequuntur, vt gaudium, & fruitio in ipsa consecutione, & dolor, seu tristitia si non consequitur. Omnes isti sunt effectus causæ finalis si imperentur per actum reflexum procedentem propter finem, non vero si sint per actum directum, & sine consideratione finis, ita S. Thom. prima 2. q. p. art 1. Suarez loco cit. sect. 3. Vrtadus disp. 13. de Anima sect. 4. Gabriel in 2. dist. 38. notabile 3. Caiet Ruuius, & alij. ita videtur sentire Aristoteles hic tex. 29. Et ratio est, quia omnes illi sunt effectus finis, qui sunt voliti gratia finis; sed omnia supradicta si sint per actum reflexũ *propter*; iam sunt voliti gratia finis, ergò omnia illa per actum reflexum propter finem, sunt effectus finis.

23 S. Thomas loc. cit. hoc modo probat. Omnis actio humana, in quantũ humana est propter finem, nã omnes actiones, quæ causantur ab aliqua potentia, causantur ab illa secundum rationem sui obiecti; sed obiectum potentiæ, à qua procedunt actiones humanæ, vt humanę, est bonum, seù finis, quia actiones humanę, in quantũ humanæ dicuntur illæ, quæ fiunt ab homine vt à Domino suorũ actuum, sed est Dominus suorũ actuum formaliter, & positiuè per voluntatem, ergo dicuntur humanæ,

quæ

quæ procedunt à potentia volitiua libera, cuius obiectum est bonum seu finis.

24 Quamuis actus qui consequuntur finem vt est gaudium, & fruitio finis acquisiti, & dolor, seu tristitia finis nō acquisiti, supponāt possessionem finis, non ideo non possunt dici effectus finis vt sentit Herueus quodlibeto p. q. 8. & Vasquez prima secundæ disp. 3 c. 2 Quia si fiunt propter finem sunt eius effectus, quia in tantum est gaudium V. G. in quantum est finis cum sit gratia illius. Neque obstat quod entitas finis non possit esse effectus eius, esset enim effectus sui ipsius. Quia id quod causatur est existentia realis, & entitas, at causalitas finis non est entitas ipsius finis existentis, sed bonitas vt existens in intellectu, seu vt cognita, & apprehensa.

Refellitur ratio contrario-

25 Agentia sunt in triplici genere. Aliud est intellectuale, quod cognoscit non solum finem; sed etiam illius conuenientiam cum sua natura, quinimmo proportionem mediorum ad finem, ita sunt Deus, Angelus, & homo. Aliud cognoscit quidem media ad consequendum, quod sibi bonum, sed non cognoscit sub ratione medij proportionati, at habet talem cognitionem sensitiuam, vt sunt Bruta, vt hirundo, quæ ad ni-

Agentia quot.

nidificandum non sumit quamcunque materiam. Aliud quod nullum ex his cognoscit, sed operantur ex impetu naturæ, vt lapis dum descendit. Omnia agentia agunt propter finem quamuis in rigore, & proprie id conueniat intellectualibus.

omnia agunt propter finem

26 Probatur primo de Deo qui operans ad extra agit propter finem, multa enim non vltimate propter creaturas, & vltimate propter se facit. Dixi operans ad extra, nam operationes ad intra cum non distinguantur nemine cogitante ab ipso Deo non sunt propter finem, imò neque fiunt, sed reperiuntur in Deo per simplicissimam identitatem. Et quando dicitur Deum amare seipsum propter suam bonitatem, particulam propter habet sensum negatiuum, & idem significat ac non propter aliud sicuti dicitur esse à se hoc est non esse ab alio, ergo particula *propter* in operationibus ad intra non est causæ finalis. Probatur de alijs agentibus intellectualibus quia illi, proprie, & in rigore conuenit agere propter finem cum agant ex cognitione proportionis mediorum ad finem, quod est proprie agere propter finem,& per illam cognitionem proportionis mediorum ad finem dicitur ab omnibus esse proprie rationalis agere propter finé.

Qua operatio Diuina fit propter finem.

27 Probatur etiam de agentibus naturalibus nõ intellectualibus quia ita docet Arist. sæpe sæpius, vt hic Tex. 79. vbi exẽplificat de Arboribus radicantibus propter alimentũ, & de hirundinibus nidificantibus propter prolem. Accedit, quia talia agentia impetu innato, & potentia naturali tendunt ad suum finem, sed agere per appetitum innatum seu elicitum finis, est agere propter finem, licet minus proprie, & non in rigore, ergo omnia agentia aliquo modo agunt propter finem. Nota hic quod appetitus innatus seu potentia naturalis ad suum bonum, idest ad suum finem, in Brutis est determinatio quædam posita à natura in phantasia specie talis obiecti, vt per illam in illud tendat. In Inanimatis vero est inclinatio ad proprium locum posita ab auctore naturæ. Cum autem ab illis sit operatio ipsa dicuntur agere propter finem, & non dicuntur tantum directa ab auctore naturæ.

Quid appetitus innatus in Brutis. Et quid in Inanimatis.



CEN

CENTIL. XXXXIII.

De Causa Ideali.

1 IDea Græce, latine Exemplar, alia est externa, vt Domus lignea ad cuius similitudinem nouum edificium debet construi: alia interna, quę solum mente efformatur, adeoque est tantum in agentibus Intellectualibus non solum in creatis verum etiam in Deo, vt ait S. Thomas prima parte q. 15. art. 5. & S. Aug. lib. primo retractationum c. 3. vbi habet hæc verba *Mundum inuisibilem quò fecit Mundum hunc visibilem.* Et nisi daretur Idea temere, & cæco modo agés intellectuale operaretur, cum sine Idea, quæ consistit in conceptu operis faciendi, non cognosceret quod faciendum est. Imò non posset saluari sine Idea principium illud omne agens agere ad assimilandum sibi passum; agens enim Intellectuale alio modo non potest assimilare passum sibi quam assimilando suæ Ideæ.

Idea quotuplex.

Datur in omnibus intellectualibus agentibus

2 Communiter recipitur Descriptio quam de ea affert S. Thomas q. 3. de Verit. art. p. dicens quod *Idea est*

Quid Idea.

forma existens in mente Artifici, quam effectus imitatur ex intentione agentis determinantis sibi finem. Dicitur *forma existens in mēte Artificis* vt distinguatur ab Idea externa. Dicitur *quam effectus imitatur ex intentione agentis*, vt constet quod effectus non casu, sed ex intentione agentis debet esse similis Ideæ, quare qui vult efformare Petrū cuius habet Ideam, & efformat Paulum, illa operatio non pendebit ab Idea Dicitur *determinantis sibi finem*; vt ostendatur non reperiri nisi in agentibus intellectualibus,ideoq;simiæ non dicentur,operari ex Idea, sed ex impetu naturæ.

In quo cōceptu cōsistat.

3 Æque benè Idea potest consistere tam in conceptu formali, quam obiectiuo operis faciendi, quia conceptus, qui est formalis quatenus tendit directe in obiectū cognoscendo illud, vt est in se: erit obiectiuus si supra illum conceptum formalem reflectat intellectus: sed agens potest operari tam secundum illam intentionem directam, & formalem,quam secundum cognitionem, quam habet supra quam reflectat applicando illam obiecto faciendo, ergo in vtraque potest consistere Idea. Et hoc modo concordatur sententia S. Th. cū sententia Scoti. Et optimè Mol. 1. p.q.15.a.1.cum alijs distinguit Ideam

Concordia sententiarum.

iii

in obiectiuam, quæ consistit in conceptu obiectiuo, & in formalem, quæ in formali. Si consistit in conceptu formali dici potest, quod *eam effectus immitatur*, non secundum entitatem, sed in quantũ illa cognitio & conceptus est expressio formalis rei faciendæ. Si vero consistit in conceptu obiectiuo, dici pariter potest *quam effectus imitatur*, in quantum opus tale est à parte rei, quale est dum cognoscitur.

4 Non bene Idea ponitur in speciebus intelligibilibus, quia species intelligibiles non vltimo determinant agens ad tale opus, idest quoad specificationem, cum determinatio talis habeatur à cognitione obiecti, sed cognitio obiecti, quæ est Idea, non est species, cum ex speciebus oriatur cognitio, ergo Idea non est species præcise accepta: nam species præcise accepta est potius obiecti imago, ex qua oritur cognitio obiecti, & est forma existens in anima, & conceptus ad cuius similitudinem agens producit effectum. Multo minus consistit in præceptis, & in habitu artis cum possit esse licet non tam bene; operatio, & effectus per se intentus, & sine præcepto, & habitu artis, sed non potest haberi sine Idea. Quomodo potest pingi Leo si à pictore non habeatur eius cognitio. Attamen po-

Non cõsistit in speciebus intelligibilibus.

Neque in præceptis & habitu.

test depingi sine præceptis, & habitu picturæ quamuis non æquè bene.

5 Cum ex Idea dependeat effectus patet esse veram causam per se, & diximus reduci ad efficientem. Illa enim est causa per se, quæ est determinatiua effectus, sed *Idea* est determinatiua effectus, & vt patet ex supradictis ex definitione allata, & vt constat etiam ratione, quia agens intellectuale, licet vt liberum possit se determinare quò ad exercitium ad effectum ponendum cum trahatur ab eius bono cognito, quod est finis: tamen quò ad specificationem determinatur ab Idea. Merito igitur dicit Aristoteles 7. meth. tex. 23. quod ex *Domo*, quæ *est sine materia* (hoc est ex cognitione intellectuali Domus, quæ est Idea) fit *Domus quæ habet materiã*, ergo determinatio specificatiua habetur ab Idea, licet habeatur determinatio, quò ad exercitium à fine, vt diximus. Vt agens V. G. ponat Domum propter commodam habitationem habetur à bono cognito in commoda habitatione, sed non habetur determinatio, quò ad specificationem V.G. vt ponat hanc, vel illam Domum quod habetur, vt patet à sola Idea. cuius causalitas consistit in ipsa uirtute agentis, in quantum per Ideã dirigitur simpliciter, ut tale opus operetur simile ideæ, ideoque bene di-

Est vera causa.

Discrimen Idea a fine.

Exemplum.

dicitur agens compleri ab Idea, ut possit tale opus specificatiuè operari. Neque eius causalitas consistit in assimilatione, quia assimilatio sequitur ad causalitatem. Videantur, quæ supra diximus Cent. 37. n. 24. *Causalitas idea.*

CENTILOQ. XLIV.

De Caussis per Accidens, ubi De Fortuna, Casu, Fato, & Monstris.

1 DIctum est supra Centiloq. 37. n. 17. causam per Accidens esse in dupplici genere. Alia in ratione causæ, quæ non influit in effectum, sed coniungitur cum causa influente in illum, vt diximus de musico edificante: aliam ratione effectus, cuius, scilicet effectus coniungitur per Accidens, cum alio effectu per se intento, vt cum fossio terræ per se intenta coniungitur, cum inuentione Thesauri non intenta. Hoc secundo modo casus, & fortuna dicuntur causæ per accidens, quando scilicet effectus per se alicuius causæ coniungitur cum alio effectu non intento, hic posterior effectus dicitur effectus casualis *Effectus casualis seu per accidens.*

nulla facta suppositione. Quod Causus, & Fortuna hoc modo dentur, vt Causæ per accidens patet ex ipso Aristotele hic ſtex. 52. 60. & 61. & etiam ex ratione, quia illa est Causa per Accidens vt Casus, & Fortuna, quando est effectus fortuitus, & casualis, sed datur hic effectus quando cũ effectu per se coniungitur alius per Accidẽs, vt cum effosione Vineæ coniungitur inuentio Thesauri, ergo datur Casus, & Fortuna, vt Causa per Accidens, non vero vt quædam Deitas, & causa per se ad effectus casuales instituta vt somnia runt veteres Ethnici reiecti à S. Aug 4. de Ciuit. Dei c 18.

An, & quomodo Casus, & fortuna

2 Quamuis multoties pro eodẽ Fortuna, & casus sumantur, adhuc tamen stricto modo distinguũtur, vt patet ex ipsarum definitionibus. Fortuna enim dicitur Tex. 52. *Causa per Accidens effectus raro contingentis in agentibus ex electione propter finem* Casus vero Tex. 60. dicitur *Causa per Accidens in agentibus propter finem absque electione*, ergo patet casum esse magis latepatentẽ complectendo omnia agentia propter finem. Fortunam vero omnia agentia ex electione tantum. Hoc per vltimas particulas, sed prò intelligentia explicentur etiam Cæteræ. Dicitur itaque *Causa per Accidens* hoc est

Fortuna quid.

Quid casus.

non

non ordinata ex natura sua, & ex intentione agentis, seu ex intentione actionis ad effectum casualem, & fortuitum. *Dicitur effectus raro contingentis*, scilicet quod nulla sit causa determinata in natura, cum qua effectus casuales coniungantur, non vero quod raro applicentur causæ, vtã Ecclipsis raro euenit, & tamẽ est effectus necessarius. *Dicitur in agentibus propter finem*, vt ostendat, quod in omnibus agentibus, quæ agunt propter finem potest esse effectus casualis dempto Deo à quo non potest effectus esse quin præuideatur, & ad aliquem finem non ordinetur, vel illum volens si est bonus, vel permittens si est malus. Quapropter aliqui effectus respectu causarum secundarum sunt casuales, respectu Dei non ita. *Dicitur cum electione* in Fortuna per quam particulam vt dictum est distinguitur à Casu, qui est sine electione.

Nota 1

In Deo non datur.

Discrimin.

3 Casualitas effectus non solum habetur quando est præter intentionem agentis, verum, etiam quando est preter intentionem actionis, quatenus non habet ille effectus connexionem per se cum illa actione etiam si intendatur per se ab agente. Cum effectus casualis, & fortuitus habeatur à causa per Accidens, certe hæc reducitur ad efficientem.

Reducitur ad efficientem

Q 5 Ne-

4 Neque dicas quod quidquid fit habet causam determinatam, & per se, nam quod fit habet determinationem ab agente ad esse, ergo debet habere causam determinatam. Quia licet debeat habere causam determinatam hoc est particularem, tamen non debet habere causam determinatam, hoc est per se, & natura sua sit determinata ex intentione ad illum effectum, ideoque effectus casuales, & Fortuiti sunt tales respectu causæ, quæ denominatur Fortuna, & casus specificatiue accepta, non vero redupplicatiue accepta, vt fortuna est, & vt Casus. Et quando Aristoteles secundo Magnorum Moral. c. 9 ait Fortunam magis reperiri in ijs *in quibus minime reperitur recta ratio operandi* vult intelligere, quod prudentioribus pauciora succedunt præter intentionem, & vbi est recta ratio, ibi maxime reperitur ordo, & efficitur opus ordinatũ, quod à Fortuna esse non potest.

Quomodo dicitur causa determinata

5 Fatum dicitur à Fando, vt sit effatum quoddam, & lex Dei, & sic opponitur causis per accidens. Datur vt infra videbimus, sed non in ea significatione, qua sumebatur ab Ethnicis pro necessitate scilicet inuiolabili, vel vi astrorum, vel Diuina voluntate, vel alia re, vt serie effectuum, necessitatem imponente

Fatum quomodo dicitur

te, vt S. Aug. l. 5. de Ciu. Dei c. 9. & S. Th prima p. q. 116. art. 3 quia si sic daretur fatum, tolleretur omnis consultatio, meritum, pœna, laus vituperatio &c. Et quamuis non possit dari fatum modo supra explicato, tamen potest dici in vera, & Christiana Philosophia Fatum esse, quod dupplici modo considerari potest. Vno modo secundum quod est in Deo, & tunc dicitur dispositio Prouidentiæ Diuinæ qua iuxta rerum naturalium exigentiam effectus producuntur vt Boetius lib. 5. de consolatione prosa 6. & in hoc sensu definitur ab ipso *Fatum esse inherentem rebus mobilibus dispositionem immobilem*. & hoc modo Fatum non est in rebus creatis, & non *est quid* mobile Alio modo sumitur fatum quatenus est prædicta ordinatio medijs causis à Deo dispositis ad aliquos effectus producendos, & sic Fatum est de quo nos loquimur hic, & quod est in rebus creatis, adeoque mobile est vt dicit ipsemet Boetius aiens *Fati seriem esse mobilem*, quatenus ipsæ creaturæ mobiles sunt, nam vt dicit Aristoteles secundo Thop. omnia quæ sunt in mobilibus mobilia sunt, non vero dicitur mobile quatenus est in Deo, ergo quando dicitur à Gregorio in Homil. Epiphaniæ *abfit à fidelium cordibus vt fatum*

Quot modis potest considerari.

fit, intellexit de Fato Numine, & imponente necessitatem, & quando ab Aug. 5. de Ciuit. Dei dicitur quod ipsa Dei voluntas, & potestas Fati nomine appellatur, intelligitur in primo sensu idest secundum prouidentiam Diuinam, a qua cum omnia dependeant potest dici omnia subesse Fato Videatur in hac re S. Th. per totam q. citatam.

Omnia. ei subſtant.

6 Monstra dicuntur ab Aristotele hic Tex. 82. *peccata illius quod propter finem agit*, & definiuntur ab eodem 4. de generatione Animalium c. 4. *Monstra esse effectus naturales à recta, & solita secūdū speciem dispositione degenerantes*. Quatuor modis accīdere potest talis degeneratio. Vel ratione Figuræ si plures inter se misceantur, vt Centaurus: Vel transpositione partium, vt si esset nasus in Fronte, vel defectu alicuius partis debitæ illi speciei, vt Homo cum vno pede, vel cum vno oculo in frōte, vt Cyclopes; vel per abundantiam partium, quam par est, vt dicitur de Girione, de Briareo &c.

monstrū quid.

Quot modis posset contingere.

7 Causæ monstri plures sunt. Prima debilitas virtutis formantis Fœtum. Secunda confusa permixtio qualitatum, ex qua proueniunt maculæ. Tertia angustia loci, in quo efformatur Fetus: Quarta materiæ excessus, vel defectus. Quinta

Quot Causæ monstri

Re-

Regio, seu circumsistentia aeris, vel influxus astrorum. Sexta imaginatio generantis vt experientia docet, Plutar. lib. 5 de Plac. c. 8. Conimb. hic in c. 9. q. 5. art. 2. Galen. de Hist. *Physicæ* c. 113.

8 Monstra non esse proprie effectus casuales, licet non intendantur primario, sed secundario à natura, constat quia natura intendit effectũ perfectiorẽ quem potest, ergo quando non potest perfectiorem, secundaria intentione intendit minus perfectum, sed in tali, & tali circumstantia non potest intendere perfectiorem, ergo in tali circumstantia intendit monstrum. Hinc habetur monstrum, & intendi à Natura saltem secundario, & non esse effectum casualem, & fortuitum: nam effectus casualis, & fortuitus nec intenditur ab Agente, nec ab actione, ut supra diximus, sed effectus non intentus, qui coniungitur cum alio intento; Monstrum vero intenditur saltem secundario quia intenditur effectus, qui in his, & his circumstantijs non potest esse perfectior, ergo per se intenditur saltẽ secũdario. *Quomodo dicitur per se intendi.* *Discrimen ab effectu casuali, & fortuito*

Hucusq; de Constitutione compositi naturalis, ex principijs, & ex causis proprijs, modo de proprietatibus ipsius, quæ sunt motus, quantitas finita, uel infinita vbicatio, & duratio.

CEN-

CENTIL. XXXXV.

De Motu.

Datur motus.

1 QVod detur motus satis clare constat experientia, ut etiam docet Arist 8. Physic. Tex. 1. & 22. Quidquid dicat Zeno asserens non dari motum per argumentum, quod moueretur prius ad medietatem spatij, quam ad finem; At cum spatium sit diuisibile in infinitum, quacumque medietate accepta, aliud eius dimidium sumi poterit quod debet prius pertransire, & sic in infinitum, ergo antequam mobile perueniret ad finem spatij deberet pertrãsire infinitas eius medietates quod finito tempore fieri non potest; Quia est facillima solutio, nam mobile potest pertransire spatium quod potest diuidi in partes inequales in infinitum, non uero partes æquales præsertim si spatium sit finitum, & sic cum partes æquales sint finitæ spatij finiti, possunt pertransiri per tempus finitum, nam miliiare V. G. per mille æquales passus completur, licet passus possit diuidi in medietatem & medietas in aliam, & sic in infinitum

Occurritur obiect.

nitum, tamen partes inæquales non obſtant, nam Equus V. G. per unum paſſum complectitur tantam quantitatem, ut poſſit per æquales paſſus pluries repetitos breui tempore compleri totum ſpatium. Ita habet Ariſtoteles loc. cit. Tex. 77. Hoc modo poteſt ſolui aliud argumentum, quod Achilles non aſſequeretur Teſtudinem ſi ipſa ſit paulo ante, ut habetur Tex 78. & poteſt ſolui aliud argumentum quod habetur Tex. 81. & quodcumque aliud, cum ſemper nitatur falſo ſuppoſito, nempe in diuiſione ſpatij per partes inæqualee minores, & minores, quod cum non accidat in motu ut patet, poteſt argumentum retorqueri.

2. Neque ualet quod ſi ſubiectum moueretur ſucceſſiue, nec erit in termino à quo nec in termino ad quem & ſic non erit nec album, nec non album V. G. & tamen ex duobus contradictorijs unum eſt uerum. *obiect.*

Quia ſemper una pars contradictionis eſt uera, cum ſubiectum, uel ſecundum totum ſit album, uel ſecundum totum non ſit album, licet ſubiectum neque ex toto ſit album, neque ex toto ſit non album: iſti enim ſunt duo ſenſus diuerſi, ut patet conſideranti, & ut uidere eſt Ariſtoteles loc.cit. Tex. 83. Qui Tex. 84. aſſerit, quod ſphæra, etiam ſi non uideatur mo- *Solut.*

moueri secundum totam, cum semper maneat in eodem loco, tamen mutat locum saltem secundum partes ut constat; imò neque est eadem circulatio, nam diuersa est illa, quæ incipit ab A. ab illa, quæ incipit ex B.

Quid sit. § Multis modis Aristoteles definit motum, nam hic Tex.6. dicit *motum esse actum eius quod in potentia existit quatenus huiusmodi est*. Et Tex. 10: ait *Motum esse actum possibilis quatenus possibile est* & ibidem asserit *esse actum mobilis quatenus mobile existit*. Et Tex. 23. *esse actum actiui, & passiui quatenus huiusmodi est*. Tandem 11. Meth sum. 4.c. p. profert motum *esse actum eius quod potentia est pro ut tale est*. Ex istis itaque bene deprōpta est definitio communiter recepta motus, *quod sit actus entis in potentia prò ut in potentia*. Dicitur *actus*, quæ particula habet rationem generis, cum sit communis, & imperfecto, & perfecto, tam frigori V. G. quam frigefactioni, Dicitur *entis* quatenus sumitur participialiter ut clare habetur ab Aristotele aiente ut supra notauimus, *motum esse actum eius quod existit in potentia*. Dicitur *in potentia* quia nomē potentiæ hic intelligitur capacitas subiecti, sed non sola, uerum etiam cum priuatione actus perfecti; Dicitur *prò ut in potentia*.

Explicatur.

tentia, quia motus est actus imperfectus, qui secum compatitur in subiecto priuationem actus imperfecti, nā calefactio est actus calefactibilis, ut calefactibile est. Calor uero est actus calidi non habentis amplius priuationem caloris. Definitio hoc modo explicata bene conuenit motui, & eius naturam declarat æque bene.

4 Quamuis motus dicat, & actum & potentiam, tamen magis explicite dicitur actus, quia potentia secundum suum conceptum præcise dicit posse recipere, quod conuenit mobili, etiam post motum, dum est in quiete, ideoque actus cum potentia magis exprimit motum, nam quando est actus non est in quiete. Et quia mobile dum est in quiete, dum que recipit motum proprie non transit de potentia ad actum, sed improprie, ergo sicuti improprie dicitur moueri tunc, ita impropriè dicetur dari motus ad motum: Sed tunc proprie transit, quando est à priuatione formę ad formam, & non à priuatione motus ad motum, nam motus est ipse transitus, & uia, sed mobile non proprie transit ad uiam, sed ad terminum.

Occurritur.

obiicit.

5 Non obstat, quod motus Cæli per Aristotelem sit æternus à parte post, & consequenter non relinquat potentiam ad terminum in esse completo

pleto cum nunquam ille motus finitur, Primo quia definitur motus finitus, non infinitus. Secundo quia relinquit etiam aliquo modo in potentia, saltem secundum partes finitas, hoc est secundum circulationem hodiernam, crastinam, &c. cum circulatio hodierna relinquat subiectum in potentia ad circulationem crastinam, & vna pars hodiernæ ad aliam.

ob ect.

Solut.

6 Descriptio suprapofita explicat varios motus, qui inter sse Analogi sunt. Alius est enim motus ad qualitatem, & dicitur alteratio. Alius ad quantitatem, & dicitur augumentatio. Alius est ad locum; & dicitur locatio, Alius est naturalis, quando est ad generationem; alius est præter naturam, quando est ad corruptionem, sed hic propriè non exprimitur cum sit sermo de motu, quo explicatur natura; alius est successiuus quando subiectum prius accipit vnam partem formæ, deinde aliam sicut lignum v.G. quod paulatim Calefit, & huic propriè, & in rigore conuenit dicta definitio, cum sit notior. Alius instantaneus, quando subiectum recipit aliquam formam totam simul, itá vt non ponatur prius in subiecto vna pars formæ, deinde alia, sed tota simul ponitur, vt anima rationalis, dum infundi-

Analog discriptio

Quotuplex motus.

ditur in corpus, & hic motus quauis nō ita propriè ad huc tamē dicta definitione definitur; nā motus instantaneus est actus, qui constituit subiectum in proxima potentia ad actum perfectum, cum motus instantaneus formaliter, & quantū est ex se præcisé non est ipse terminus, sed intelligitur vt via, ergò quantū est ex se, & formaliter inuoluit conceptum potētiæ ad terminū. Et hoc est consonum menti Aristotelis, qui definiuit motum, cuius natura est principium, sed natura est principiū motus tam successiui, quam instantanei, ergò vtrumque definiuit; ità sentit S. Th. multis in locis, & præcipuè 1. parte q. 53. art 1. 2. & 3. & etiam lectione 5. in tit. 7 vbi hæc habet *Aristoteles lib 3 Physicorum, vbi motum definiuit, accipit non motum secundum quod est comune omnibus motibus, & clarius n. sequent.*

Definitur etiam Instantaneus

7 Neque dicas cum Fonseca, à Pererio, & Conim, hic q. p. art. 1. quod definitur tantum motus successiuus, nam motus per Aristotelem, vt supra, est actus imperfectus, sed actus imperfectus non est simul fieri, & factum esse, vt instantaneus. Quia per hoc, & simile argumentum dixi, non ita proprie applicari posse prædictam definitionem motui instantaneo, attamen bene ipsi applicatur;

Dissoluitur fundamentum contrarium.

tur; nam licet realiter mutatio instantanea sit actus perfectus, cum non relinquat subiectum cum priuatione actuali formæ sicut facit motus successiuus; Verum cum relinquat subiectum cum priuatione formæ formaliter, idest, quantum est de se; certe formaliter dicetur actus imperfectus, quoniam imperfectio actus sufficienter habetur formaliter per hoc, quod ex suo conceptu sit via, & tendentia ad terminum, adeoq; sic relinquit formaliter, & quantum est de se subiectum cum priuatione termini perfecti, sed melius infra.

Quomodo motus instantaneus dicitur actus imperfectus.

8 Hoc totum non euenit in forma, quæ est actus perfectus nullam, & nullo modo relinquens priuationem sui, neque formaliter in subiecto; vt euenit in motu instantaneo, vt diximus cum hic relinquat formaliter, & quantum est de se subiectum cum priuatione termini. Sicuti secundum peccatum mortale est peccatum, quia licet realiter non inueniat gratiam, quam auferat cum ablata sit per primum peccatum mortale, tamen secundum est peccatum mortale, quia formaliter, & quantum est de se auferret gratiam. Hinc habetur, quod motus instantaneus formaliter dicatur actus imperfectus cum dicat in suo conceptu terminum à quo, terminum, ad quem, & viam;

instantia.

Quomodo de genere continui. successio an de ratione motus.

at-

atque sic complectitur inter definita in dicta definitione, qua non explicatur, quod est solum in termino, à quo, quia tunc est solum potentia; neque quod est solum in termino ad quem, quia non esset actus in potentia; ergo explicatur quod formaliter attingit vtrumque. Habetur etiam quod dicatur de genere continuorum saltem continuitate simultanea. Et tandem quod successio termini, seu imperfectio actus, non sit realiter de ratione motus, vt sic, cum non sit de ratione instantanei realiter, neque talis successio est de ratione solius motus, cum primario conuenit tempori, vt infra n 12.

9 Ea ratione qua realiter non distinguitur à suo termino motus distinguitur realiter à mobili, quatenus scilicet ipse terminus cuiuscumque motus realiter distinguitur à suo mobili, tamquam à subiecto. Est Aristotelis hic. cap. 1. Tex. 4. vbi ait sic *non est autem motus preter res ipsas* (intellige realiter) Adde quod motus non habet diuersam existentiam à suo termino, ergo neque diuersam essentiam; non enim est motus quin sit terminus, nam motus est terminus fluens, sed essentia, & existentia non distinguuntur realiter, ergo neque motus, & terminus Accedunt om-

Motus à termino non distinguitur.

omnia argumenta, & omnia alia quæ dicta sunt supra de Toto, de Vnione, & precipue de actione, vbi negauimus entitatem superadditam, vt superfluam, & sine necessitate Cent. 38. num. 8. & seq.

Dissoluuntur obiectiones.

10 Neque dicas quod motus est distintus à termino realiter, vel vt res à re vel vt modus à re, cum tollat indifferentiam effectus. Quoniam indifferentia formaliter tollitur per positionem effectus, & efficienter ab agente: imo ex hoc confirmatur nostra sententia, cum non possit esse effectus seu terminus à tali agente, & non esse motus sicuti dictum est de actione, nam actio passio, & motus idem sunt realiter. Minus vrget quod motus, & terminus separentur cum sit terminus, & non sit motus. Primo quia si separatio non solum secundum durationẽ, & secundũ aliqua, quæ aliquo modo adueniunt, sed etiam secundũ esse rei, cui adueniunt, habeatur tũc, separatio arguit distintionem realem, ita Petrus Pater distinguitur à Paulo filio V. G. quia separatur non solum secundum esse Patris, sed etiam secundum esse Petri. At si separatio habeatur solum secundum durationem, vel secundum aliqua, quæ quodammodo adueniant esse rei, non vero habeatur separatio secundum esse rei, cui adueniunt, quæ separantur, tunc vt

in

in casu, nostro separatio nō sēper arguit distinctionem realem, sed tantum rationis, sicuti dicitur de priuatione, & materia, quæ per Aristotelem sunt duæ tantum ratione, & vt dicitur de ipsa re quæ est possibilis, & actualis, quæ est tantum una, sicuti est una in fieri, & in facto esse, & tamen aliqua prædicata conueniunt in fieri, & non in facto esse, & è contra. Secundo quia non adest separatio realis inter motum, & terminum, secundum esse, quia terminus est motus in facto esse, & motus est terminus in fieri, seu ubi fluens.

11 Continuum dicitur quod habet partes non interruptas, & dupliciter potest esse. Primo quando habet plures partes continuas existentes, ut bipalmare V. G. Secundo quando habet plures partes continuas; non tamen existentes simul, sed unam post aliam, ut hora V. G. in qua quadrans succedit alteri sine interruptione, hoc secundo modo est ratio continui in motu, in quo duplici etiam modo potest considerari continuatio. Primo ratione subiecti, quatenus recipitur vel in subiecto extenso, & ad eius extentionem extenditur motus, & hæc extensio præscindit à successione, cum sit communis omnibus à ijs accidentibus & de hoc loquitur Aristoteles 4. Physico-

Continuum quod quotuplex.

motus quot modis continuatur

ſicorum Tex. 9. aiens motum eſſe continuum, quia ſubiectum quod mouetur eſt continuum. Vel quatenus una pars ſubiecti prius alteratur quam alia, & hęc etiam uidetur accidentalis motui, quia ſubiectum moueri poteſt ſimul ſecundum omnes partes, ut accidit in congelatione, & de iſta dupplici continuitate ratione ſubiecti non eſt quęſtio.

2 modo

12 Secundo conſiderari poteſt continuatio, & ſucceſſio in motu ſucceſſiuo ratione termini, & de hac ſucceſſione continua, de qua eſt quæſtio, dicendum eſt non eſſe eſſentiam motus, ſed eſſe proprietatem. Probatur prima pars, quia eſſentia motus propriè eſt actus entis in potentia, pro vt in potentia, hoc eſt actus imperfectus relinquens ſubiectum quantum eſt ex ſe cum priuatione termini, ſed in hoc non inuoluitur formaliter illa continuatio ſucceſſiua, continuatio enim ſucceſſiua formaliter dicit, ipſas partes durationis motus, à quibus partes motus denominantur priores, & poſteriores: ſed continuitas formaliter non eſt priuatio termini, ergo illa continuatio non eſt eſſentia motus. Accedit quod motus inſtantaneus eſt motus, & tamen non habet continuationem ſucceſſiuam. Probatur altera pars, nempe quod ſit proprie-

Succeſſio continua non eſt motus eſſentia

tas

tas quia non potest motus esse actus imperfectus, hoc est relinquens saltem formaliter, & quantum est de se subiectum cum priuatione termini, si non intelligatur saltem formaliter cum continua successione, vt patet ergò hæc est eius proprietas, quia quod est connexum necessario cum aliqua re, & non est prædicatum essentiale illius, est eius proprietas, sed successio continua non est prædicatum essentiale motus, cum non inuoluatur in suo conceptu formali, ergo est proprietas. *e st proprietas.*

13 Non dicas quod motus est forma actuans subiectum successiuè per nos, & per hanc successionem definitur, & explicatur ideoque hæc successio continua est essentia. Quoniam successio radicalis est essentia motus non formalis successio, nam essentia motus consistit tantũ in hoc quod sit actus in subiecto dicens quantum est ex se priuationem eiusdem actus perfecti, at hoc est principium, quod trahit secum successionem, quæ quamuis non possit separari à motu remanente essentia motus tamen non eius essentia, sicuti risibilitas non potest separari ab homine, & remaneat homo, cum sit connexa essentialiter cum homine, & tamen non est essentia hominis, sed proprietas, ita etiam successio continua

Obiectio

Solutio

Quæ essentia motus.

Instantia de proprietate.

nua est accidens proprium motus, & in hoc sensu loquitur Aristoteles 5. meth. tex. 18. dum dicit motum, & tempus esse continua per accidens, nisi velimus dicere quod sit per accidens, vel respectu subiecti extensi, vel respectu agentis.

Requisita ad motum

14 Tria requiruntur ad motum prò vt est tendentia subiecti ad terminum; subiectum scilicet, terminus à quo, & terminus ad quem, sed non à subiecto neque à termino à quo, sed tantũ à termino ad quem formaliter accepto, specificatur motus specie Physica. Dixi specie Physica, quia tripliciter potest considerari diuersitas specifica in motu. Primo secundum speciem logicam hoc est secundum differentiam essentialem. Secundo secundum speciem mathematicam; hoc est ratione lineæ rectæ, vel curuæ, quam designat mobile in spatio. Tertiò secundum speciem Physicam, hoc est non solum secundum illius prædicata essentialia, sed etiam secundum circumstantias extrinsecas subiecti agentis, & finis, ad quem natura sua motus ordinatur, atque sic licet motus violentus, & naturalis non differant specie logica, hoc est essentialiter cum tam ignis in descensu, quam lapis habeant subiectum, terminum à quo, & terminum ad quem tendunt deor-

Diuersitas specifica motus tribus modis.

sum

sum tamen differunt specie Physica, idest secundùm circumstantias, & connotata extrinseca, motus enim ignis deorsum est violentus, & lapidis deorsum est naturalis. E contra motus, vel per lineam rectam, vel curuam ignis à centro ad spheram non differunt specie Physica, sed tantum, specie Mathemathica, sed motus ignis ad centrum Lunæ, & motus aeris ad superficiē concauā ignis cū sint ad diuersos terminos formaliter diuersos differunt specie Physica non Logica, ratione diuersorum subiectorum etiam, quæ mouentur.

Specifica diuersitas Physica motus, à quo.

15 Quod motus habeat diuersitatē specificam Physicā à termino ad quē formaliter accepto, & nō à subiecto, neque à termino à quo: patet quia motus localis, & alteratio differunt specie Physica, & tamen aliquando habent idem subiectum, ergo hæc diuersitas non desumitur à subiecto. Pariter terminus a quo motus est priuatio, ergo non potest ab illa tantummodo specificatio accipi alicuius positiui qualis est motus. E contra motus in recto est ipsa forma, actuans subiectum, sed forma habet rationem termini ad quem, ergo ad diuersitatem specificam termini, ad quem, erit diuersa species motus: quod confirmatur. Quia illud specificat, à quo sumitur denominatio, vt in-

Non à subiecto.

Neque a termino à quo.

habetur à termino ad quem

inductione constat in potentijs, quæ specificantur ab obiecto, sed denominatio desumitur à termino ad quem, nam a calore dicitur calefactio, a frigore frigefactio, à qualitate dicitur alteratio, à quantitate dicitur augumentatio, à loco dicitur talis locatio V. C motus localis adcacumen montis dicitur accliuis, ergo terminus, ad quem est qui specificat, nam ille dat tale esse.

16 Neque obstat, quod motus creationis, & eductionis differunt, specie Physica, & tamen possunt habere eundem terminum ad quem; ad eandem enim formam ignis potest tendere motus eductiuus, & motus creatiuus. Quoniam etiam si eductio, & creatio tendant ad eandem entitatem materialem termini realiter sumptam, non tamen tendunt ad eundem terminum formaliter sumptum, nam entitas ignis est terminus formaliter diuersus quando respicitur à creatione, ac quando respicitur ab eductione; ideoque supra dixi, motum specificari à termino ad quem formaliter sumpto. Hæc de diuersitate specifica motus, cuius vnitas numerica requirit vnitatem numericam mobilis, termini, & temporis; ita Arist. qui 5. Physicorum Text. 41. hæc tria clarè requirit, ad vnitatem numericam motus, sicuti

Vnitas numerica motus

Vnitas generica, & specifica.

eo.

eodem loco tex. 31. dixit, quod motus terminantes ad formas eiusdem generis sunt vnius generis, & illi terminantes ad formas vnius speciei esse vnius speciei, ergo. Probatur ratione, & primo de mobili, quia in dupplici subiecto naturaliter non potest recipi idem numero accidens & eadem numero forma; imo impossibile est naturaliter saltem, quod plures partes vnius formæ continuétur inter se, si sint in pluribus subiectis, quæ non continuantur inter se. 1 *Ab vno numero mobili.*
Probatur secundo de termino, quia motus in recto est ipsa entitas termini in fieri vt patet ex d. finitione, ergo si est vnus motus non possunt esse plures termini. Hinc est quod quando lapis proicitur sursum, & postea de se descendit deorsum non est vnus motus, quia non est vnus terminus formaliter, nam quando ascendit sursum habet vnum terminum formaliter] diuersum, à termino quando descendit deorsum; imo secundum aliquos datur quies in punto reflexionis. 2 *Ab vno termino* 3 *Ab vno tempore*
Probatur tertio de tempore, quia motus correspondet partibus temporis, ergo si partes temporis non sunt continuæ, neque prtes motus illis partibus temporis correspondentibus erunt continuę, & consequenter non constituentes vnum numero motum. Quamuis vnitas non tolla-

[...]tur sit partim arida, partim vi[...]
Pariter si vna gutta aquæ ca[...]
[d]iuidatur in duas partes, non
[p]rea erit diuersus motus quia[...]
[t]ota gutta aquæ, & eius partes
[...]butiue acceptæ non sint idem
[...]tum adæquate, tamen cum[...]
[...]em subiectum inadæquate pro[...]
[i]dentitatem inadæquatam par[...]
cum tota gutta, erit vnus motus.
[pr]oportionali modo soluitur argu[...]
[...]tum quod expetitur à duabus
[...]is aquæ si in vnam in medio ae[...]
[c]oalescant, & de alijs similibus.

9 Contrarietas motus desumitur
[...]ait Aristoteles 5. physicorum[...]
[te]x. 46. à termino ad quem loquen[...]
de contrarietate proprie dicta[...]
[qu]ia ab eo desumenda est vera op[...]
[po]sitio à quo desumitur diuersa, &
[op]posita natura, diuersa denomina[...]
[...], vel opposita tendentia, & spe[...]
[...]ficatio, sed hæc desumitur à ter[...]
[m]ino ad quem, vt patet ex dictis, er[...]
[g]o &c. Dixi cum Aristotele *loquendo oppositione proprie dicta*, quia si ser[...]
[m]o sit de alia oppositione magis la[...]
[...] non est dubium sumi posse aliun[...]
[d]e, nam inter motum regularem, &
[i]rregularem, inter tardum, & ve[...]
[l]ocem, est aliqua oppositio, sed non
[e]st oppositio, & contrarietas pro[...]
prie dicta, scilicet ratione oppositio[...]
nis terminorum ad quem. Ad eun[...]

Motus contrarietas à quo. Vnde sumant oppositio.

tur à quadam minima interruptione, vt ait Aristoteles 5. Physicorum, tex. 23.

eti Am- ab vnitate motoris. 17 Potest etiam dici cum Aristotele 8. Physicor. tex. 49. ad vnitatem motus requiri vnitatem motoris saltem vnitate virtutis, & in causando non in essendo, quia si sint quatuor homines ad attollendum pondus erunt vna causa totalis adæquata. Si vero vnus homo vna manu attrahat vnum pondus, & alia manu faciat alium motum, certe ex vnitate suppositi non est vnus motus, quia etiam si sit vnus homo, non tamen est vna, & eadem virtus motiua in eodem subiecto, & respectu eiusdem. Pariter etiam si digiti sint plures, cum tamen sit vna manus, & in ea vna virtus motiua pulsans Cytharam, erit vnus motus non verò est vnus motus respectu cordarum, & in hoc sensu intelligitur Aristoteles 5. Physicorum, tex. 23. dum dixit quod Cythared*us* pulsans cytharam facit vnum motum, idest per vnam manum.

quomodo. 18 Quamuis homo cadens e Turri moriatur in medio aeris sit diuersum subiectum, ac quando erat viuus, tamen non est diuersus motus, quia sufficit quod sit idem subiectum denominationis, licet nō sit idē subiectū inhęsionis; idem dic si Virga quę *occurritur.* pro-

proijcitur sit parti n arida, partim viridis. Pariter si vna gutta aquæ cadens diuidatur in duas partes, non propterea erit diuersus motus quia, licet tota gutta aquæ, & eius partes distributiue acceptæ non sint idem subiectum adæquate, tamen cum sint idem subiectum inadæquate propter identitatem inadæquatam partium cum tota gutta, erit vnus motus. Proportionali modo soluitur argumentum, quod expetitur à duabus guttis aquæ si in vnam in medio aeris coalescant, & de alijs similibus.

19 Contrarietas motus desumitur vt ait Aristoteles 5. physicorum, Tex.46. à termino ad quem loquendo de contrarietate proprie dicta. Quia ab eo desumenda est vera oppositio à quo desumitur diuersa, & opposita natura, diuersa denominatio, vel opposita tendentia, & specificatio, sed hæc desumitur à termino ad quem, vt patet ex dictis, ergo &c. Dixi cum Aristotele *loquendo de oppositione proprie dicta*, quia si sermo sit de alia oppositione magis lata non est dubium sumi posse aliunde, nam inter motum regularem, & irregularem, inter tardum, & velocem, est aliqua oppositio, sed non est oppositio, & contrarietas proprie dicta, scilicet ratione oppositionis terminorum ad quem. Ad eundem

Motus contrarietas à quo. Vnde sumant oppositio.

dem enim terminum potest esse motus velox, & tardus &c.

20 Sicuti nemo naturaliter in eodem instanti potest esse in duobus locis, neque constitui in eodem loco per duas vbicationes, ita neque potest moueri dupplici motu contrario quia esset in dupplici loco eodem tempore. Et quando quis mouetur in Naui uersus Orientem dum Nauis tendat eodem tempore versus Occidētem tunc fit motus attemperatus tertius ab eo, qui mouetur in Naui & non mouetur dupplici motu contrario, vt fusius dicemus infra, & præcipue Cent. 48.

Cuplex motus eodem tempore non est in vno.



CEN-

CENTILOQ. XLVI.

De Quantitate.

1 NOmine quãtitatis intelligitur id per quod res dicitur tanta vel quanta iuxta comunem modum loquendi. Quare id à quo lignum V. Q. habet esse palmare, illud est eius Quantitas; Quoddetur, experientia constat. Multiplex est; alia dicitur continua quæ est diuisibilis in partes quæ terminantur termino comuni; Alia dicitur discreta, quæ diuiditur in partes nõ habentes terminum comunem, vt est numerus. Continua subdiuiditur in permanẽtem cuius partes sunt omnes simul, vt lignum bipalmare V. V. & in successiuam, quando vna pars est post aliam, vt motus, & tempus.

Quid nominis Quantitas; 1

Dari

Quotuplex.

2 Definitur ab Aristotele *Quantum esse id quod est diuisibile in ea quæ insunt quorum vtrumque vel vnumquodque, vnum quid, & hoc aliquid aptum est esse.* Dicitur *in ea quæ insunt* hoc est in partes quæ constant totum Dicitur *vtrumque, Vel vnum quod* idest vnaquęque pars in quas diuiditur potest diuidi in partes. Dicitur

Quid sit.

vnum quid, & hoc aliquid aptum eſt eſſe, ideſt vnaquæque pars ſit quid demonſtrabile, & completum. Hoc modo explicata definitione patet eſſe bonam. Et licet videatur non conuenire quantitati ſoli, cum etiam materia poſſit diuidi etiam ſi ſit ſpoliata quantitate, tamen ſi bene conſiderentur vltimæ particulæ Definitionis patebit non conuenire materiæ dum eſt ſpoliata quantitate, cum non ſit diuiſibilis in hoc aliquid demonſtrabili completo & ſenſibili.

occurritur obiect.

Eius ratio formalis.

3. Ratio formalis quantitatis conſiſtit in radicali impenetrabilitate, quæ nihil eſt aliud realiter quam exigentia radicalis extenſionis localis, quæ proxime exigat negationem cuiuſcunque alterius quantitatis in eodem loco. Probatur quia illa eſt ratio formalis conſtitutiua, & ſpecificatiua rei, à qua prouenit primus effectus formalis, ſed iſte reſpectu quantitatis non eſt niſi exigentia impenetrabilitatis, & omnes alij effectus dependent ab iſto, Vt infra. Probatur ſecundo quia hoc modo bene explicatur quare Chriſtus in Euchariſtia retineat quantitatem, & tamen ſit in puncto, quia eſt ibi tali modo miraculoſè cum exigat extenſionem partium in ordine ad locum, quam exigentiam extenſionis non habet Angelus, dum eſt in puncto, ne-

Diſparitas à ſpiritubus.

neque quocumque aliud spirituale, cum non exigat negationem quantitatis in eodem loco. Probatur tertio, quia hoc modo distinguitur Quantitas ab omnibus accidentibus, & formis materialibus, quia multa accidentia materialia cum habeant gradus penetrabiles in eadem parte subiecti, non possunt habere Quantitatem sibi identificatam, hoc modo sunt species visibiles, & Qualitates quæ dicuntur intendi, & extenduntur per vnam quantitatem in qua subiectantur immediate omnia accidētia, quæ per eam etiam mouentur.

Accidētia omnia in quo immediate subiectantur

4. Non potest consistere talis ratio formalis in ratione mensuræ actiuæ, vel passiuæ, vt opinatur S. Thom. opusc. 52. de natura loci. Primo quia si non habet partes extra partes substantia, neque est mensura, neque est mensurabilis. Secundo quia si non esset mensura adhuc esset quantitas cum mensurabilitas sit in ordine ad actum valde extrinsecum; vt de se patet. Tertio quia Christus in Sacramento Eucharistiæ retinet quantitatem, & tamen vt est in Sacramento; nec habet, nec potest habere, rationem mensuræ, cum totus Christus sit in puncto; Neque respondeas quod sufficit mensurabilitas radicalis; Quia hæc radicalis mensurabilitas prouenit à radicali impe-

Non in ratione mensuræ.

netrabilitate: ſicuti enim menſurabilitas formalis præſupponit neceſſario extenſionem localem, ita menſurabilitas radicalis debet præſupponere radicalem impenetrabilitatem: Et quando Ariſtoteles 5. Meth. cap. 15. dixit quod magnitudo eſt quanta ſi ſit menſurabilis accepit menſurabilitatem in quantum eſt proprietas nota, non vero in quantum eſt primus effectus formalis.

Non in Diuiſibilitate

5 Neque conſiſtit in Diuiſibilitate, vt videtur exprimi per definitionem ipſam. Primo quia in quantitate prius eſt extenſio localis, quam diuiſibilitas, ideo enim lignum eſt diuiſibile, quia habet partes extra partes, ergo diuiſibilitas ſequitur ad extentionem localem ſicuti diuiſibilitas radicalis ad extenſionem radicalem localem, & ad radicalem impenetrabilitatem. Secundo quia diuiſibilitas conuenit etiam materiæ ſpoliatæ quantitate, dummodo ipſa materia poſt ſpoliationem habeat partes in ordine ad locum, tunc enim Angelus vel ſaltem Deus poteſt illam diuidere, licet inſenſibiliter, ergo non conſiſtit in diuiſibilitate, licet per eam tamquã per prorietatem notiorem explicetur ſuprapoſita deſcriptio Quantitatis, ſed non explicatur effectus formalis, & primarius qui.

qui est radicalis impenetrabilitas, seu exigentia Vbicationis circumscriptiuæ.

6 Neque consistit in Extensione partium in ordine ad se, quod est quando ita sunt vnitæ partes vt vna non vniatur immediate omnibus, sed prima vniatur tertiæ mediante secunda. & quarta mediante tertia &c. Quia materia spoliata omni forma etiam ipsa quantitate potest redigi à Deo in puncto; tunc materia habet ordinationem partium, & extensionè partis in ordine ad partes, quia vna non est alia pars, à Deo enim potest assignari illa pars materiæ quæ erat sub forma capitis & illa quæ erat sub forma colli, pedis &c. & tamen tunc non habet Quantitatem, quia supponitur spoliata quantitate, ergo non potest consistere ratio formalis quantitatis in extensione partium in ordine ad se; & in tantum Christus in Sacramento retinet quantitatem etiam si sit in puncto, in quantum exigit extentionem localem, & non solum in quantum habet partes coordinatas. Et non potest negari materia posse conseruari, si à Deo spolietur Quantitate, Deus enim conseruat quantitatè sine substantia, vt patet in venerabili Sacramento Eucharistiæ, ergo potest etiam conseruare substantiam sine

Quid extensio partium in ordine ad partes.

[illegible] quantitatem, cum [illegible] adhibere [illegible] accidentis [illegible] ab [illegible] cap. 40. [illegible]
[illegible]

[illegible] tantum partem [illegible] ad locum [illegible] habere [illegible] in uno loco, & alia in alio [illegible] & una quaeque pars habeat [illegible] Vis. Quia [illegible] tantum [illegible] suas partes [illegible] ad locum [illegible] quantum habet impenetrabilitatem [illegible] impenetrabilis [illegible] cum corporum [illegible] Sicut enim non [illegible] corporum altero [illegible] cum ponerentur, ita neque [illegible] extensionem partes [illegible] haberent impenetrabilitatem, ergo prius est habere impenetrabilitatem, quam [illegible] extensionem localem. [illegible] prius est radicaliter impenetrabilitas, quam [illegible] localis. [illegible] quod [illegible] [illegible] omnis forma [illegible] quantitatis, & [illegible] extensio [illegible] [illegible] habebat quan[illegible] [illegible] quantitatis [illegible] [illegible] ad locum [illegible] extendo,

do.

em materiæ ſpo-
eſſe extenſionem
partium entitatis
ò eſſe extenſionem
l eſto illam exten-
entitatiuam; quæ
ri in materia,
t poſſit recipere.
m agentis, tamen
ua non eſt niſi ex
abilitate, ergo ra-
itatis non eſt exi-
tenſionis in ordine
ta per radicalem
m, vt vult Suarez
Sed potius eſt im-
em radicalis expli-
am extenſionis loca-
us effectus formalis
enetrabilitas cũ exi-
ocalis, vt infra n. 14.
, quod Deus non
ationem formalem à
eadem, & tamen
à quanto impene-
accidit in Incarna-
qua fuerunt penetra-
iſti, & Beatæ Virgi-
euenit dum Chriſtus
onem ingreſſus fuit ad
uis clauſis, & vt eſt
& dos cuiuſcumque
i, qui habeſit penetra-
uia in illis, & ſimibili-
bus.

Extentio entitatiua, & quãtitas i-na quid

Declaratur effectus formalis proprius.

obiect.

Solut.

fine quantitate, cum istæ duæ res sint absolutè distintæ realiter, & multo magis fit depēdētia accidētis à substantia, quam substantię ab accidente; Ita Suarez disp. 40. Meth. sect. 4. num. 11.

Quid extensio partium in ordine ad locum.

7. Neque potest consistere in extensione tantum partium in ordine ad locum quando scilicet vna pars est in vno loco, & alia in alio loco; & vna quæque pars habeat proprium Vbi. Quia in tantum datur extensio partium in ordine ad locum, in quantum habēt impenetrabilitatem; si enim essent penetrabiles non haberent exigentiam extensionis localis. Sicut enim non faceret extensionem vnum corpus cum altero si ad inuicem penetrentur, ita neque facerent extensionem partes si non haberent impenetrabilitatem, ergo prius est habere impenetrabilitatem, quam facere extensionem localem, sicuti prius est radicalis impenetrabilitas, quam radicalis extensio localis. Accedit quod si lignū bipalmare spolietur omni forma etiam quantitate, & remaneat materia bipalmaris, certè erit extensa localiter, & tamen non habebit quātitatem, ergo ratio formalis quantitatis non consistit præcisè in extensione partium in ordine ad locum. Respondet Suarez loc. cit. n. 28. dicendo.

do illam extensionem materiæ spoliatæ Quantitate esse extensionem entitatiuam, idest partium entitatis materiæ, non verò esse extensionem quantitatiuam. Sed esto illam extensionem localem esse entitatiuam; quæ necessario debet dari in materia, etiam spoliata, vt possit recipere actionem diuisibilem agentis, tamen extensio quantitatiua non est nisi ex radicali impenetrabilitate, ergo ratio formalis quantitatis non est exigentia partium extensionis in ordine ad locum explicata per radicalem impenetrabilitatem, vt vult Suarez loc. cit. n. 15: 16. Sed potius est impenetrabilitas saltem radicalis explicata per exigentiam extensionis localis. Itaq; primarius effectus formalis est radicalis impenetrabilitas cũ exigẽtia extẽtionis localis, vt infra n. 14.

Extentio entitatiua, & quãtitas: iuna quid.

Declaratur effectus formalis prorius.

8 Non obstat, quod Deus non possit auferre rationem formalem à re, & remaneat eadem, & tamen videtur auferre à quanto impenetrabilitatem vt accidit in Incarnatione Verbi in qua fuerunt penetrata corpora Christi, & Beatæ Virginis, vt etiam euenit dum Christus post resurrectionem ingressus fuit ad Apostolos ianuis clausis, & vt est priuilegium, & dos cuiuscumque corporis Beati, qui habẽt penetrabilitatem. Quia in illis, & simibilibus.

obiect.

Solut.

sine quantitate, cum istæ duæ res sint absolute distintæ realiter, & multo magis sit depẽdẽtia accidẽtis à substantia, quam substantię ab accidente; Ita Suarez disp. 40. Meth. sect. 4. num. 11.

Quid extensio partium in ordine ad locum.

7. Neque potest consistere in extensione tantum partium in ordine ad locum quando scilicet vna pars est in vno loco, & alia in alio loco; & vna quæque pars habeat proprium Vbi. Quia in tantum datur extensio partium in ordine ad locum, in quantum habẽt impenetrabilitatem; si enim essent penetrabiles non haberent exigentiam extensionis localis. Sicut enim non faceret extensionem vnum corpus cum altero si ad inuicem penetrentur, ita neque facerent extensionem partes si non haberent impenetrabilitatem, ergo prius est habere impenetrabilitatem, quam facere extensionem localem, sicuti prius est radicalis impenetrabilitas, quam radicalis extensio localis. Accedit quod si lignũ bipalmare spolietur omni forma etiam quantitate, & remaneat materia bipalmaris, certe erit extensa localiter, & tamen non habebit quãtitatem, ergo ratio formalis quantitatis non consistit præcisè in extensione partium in ordine ad locum. Respondet Suarez loc. cit. n. 28. dicendo

do illam extensionem materiæ spoliatæ Quantitate esse extensionem entitatiuam, idest partium entitatis materiæ, non verò esse extensionem quantitatiuam. Sed esto illam extensionem localem esse entitatiuam; quæ necessario debet dari in materia, etiam spoliata, vt possit recipere actionem diuisibilem agentis, tamen extensio quantitatiua non est nisi ex radicali impenetrabilitate, ergo ratio formalis quantitatis non est exigentia partium extensionis in ordine ad locum explicata per radicalem impenetrabilitatem, vt vult Suarez loc. cit. n. 15. 16. Sed potius est impenetrabilitas saltem radicalis explicata per exigentiam extensionis localis. Itaq; primarius effectus formalis est radicalis impenetrabilitas cũ exigẽtia extẽtionis localis, vt infra n. 14.

Extentio entitatiua, & quãtitas: i-ua quid

Declaratur effectus formalis prorius.

8. Non obstat, quod Deus non possit auferre rationem formalem à re, & remaneat eadem, & tamen videtur auferre à quanto impenetrabilitatem vt accidit in Incarnatione Verbi in qua fuerunt penetrata corpora Christi, & Beatæ Virginis, vt etiam euenit dum Christus post resurrectionem ingressus fuit ad Apostolos ianuis clausis, & vt est priuilegium, & dos cuiuscumque corporis Beati, qui habẽt penetrabilitatem. Quia in illis, & similibus.

obiect.

Solut.

sine quantitate, cum istæ duæ res sint absolutè distinctæ realiter, & multo magis sit depẽdẽtia accidẽtis à substantia, quam substantię ab accidente; Ita Suarez *disp.* 40. Meth. sect. 4. num. 11.

7. Neque potest consistere in extensione tantum partium in ordine ad locum quando scilicet vna pars est in vno loco, & alia in alio loco, & vna quæque pars habeat proprium Vbi. Quia in tantum datur extensio partium in ordine ad locum, in quantum habẽt impenetrabilitatem; si enim essent penetrabiles non haberent exigentiam extensionis localis. Sicut enim non faceret extensionem vnum corpus cum altero si ad inuicem penetrentur, ita neque facerent extensionem partes si non haberent impenetrabilitatem, ergo prius est habere impenetrabilitatem, quam facere extensionem localem, sicuti prius est radicalis impenetrabilitas, quam radicalis extensio localis. Accedit quod si lignũ bipalmare spolietur omni forma etiam quantitate, & remaneat materia bipalmaris, certè erit extensa localiter, & tamen non habebit quãtitatem, ergo ratio formalis quantitatis non consistit præcisè in extensione partium in ordine ad locum.

Quid extensio partium in ordine ad locum.

Respondet Suarez loc. cit. n. 28. dicen-

do illam extensionem materiæ spoliatæ Quantitate esse extensionem entitatiuam, idest partium entitatis materiæ, non verò esse extensionem quantitatiuam. Sed esto illam extensionem localem esse entitatiuam; quæ necessario debet dari in materia, etiam spoliata, vt possit recipere actionem diuisibilem agentis, tamen extensio quantitatiua non est nisi ex radicali impenetrabilitate, ergo ratio formalis quantitatis non est exigentia partium extensionis in ordine ad locum explicata per radicalem impenetrabilitatem, vt vult Suarez loc. cit. n. 15. 16. Sed potius est impenetrabilitas saltem radicalis explicata per exigentiam extensionis localis. Itaq; primarius effectus formalis est radicalis impenetrabilitas cũ exigẽtia extẽtionis localis, vt infra n. 14.

Extentio entitatiua, & quãtitatiua quid.

Declaratur effectus formalis proprius.

8. Non obstat, quod Deus non possit auferre rationem formalem à re, & remaneat eadem, & tamen videtur auferre à quanto impenetrabilitatem vt accidit in Incarnatione Verbi in qua fuerunt penetrata corpora Christi, & Beatæ Virginis, vt etiam euenit dum Christus post resurrectionem ingressus fuit ad Apostolos ianuis clausis, & vt est priuilegium, & dos cuiuscumque corporis Beati, qui habẽt penetrabilitatem. Quia in illis, & similibus.

obiect.

Solut.

sine quantitate, cum istæ duæ res sint absolutè distintæ realiter, & multo magis sit dependentia accidentis à substantia, quam substantiæ ab accidente; Ita Suarez *disp.* 40. Meth. sect. 4. num. 11.

Quid extensio partium in ordine ad locum.

7. Neque potest consistere in extensione tantum partium in ordine ad locum quando scilicet vna pars est in vno loco, & alia in alio loco; & vna quæque pars habeat proprium Vbi. Quia in tantum datur extensio partium in ordine ad locum, in quantum habēt impenetrabilitatem; si enim essent penetrabiles non haberent exigentiam extensionis localis. Sicut enim non faceret extensionem vnum corpus cum altero si ad inuicem penetrentur, ita neque facerent extensionem partes si non haberent impenetrabilitatem, ergo prius est habere impenetrabilitatem, quam facere extensionem localem, sicuti prius est radicalis impenetrabilitas, quam radicalis extensio localis. Accedit quod si lignū bipalmare spolietur omni forma etiam quantitate, & remaneat materia bipalmaris, certe erit extensa localiter, & tamen non habebit quātitatem, ergo ratio formalis quantitatis non consistit præcisè in extensione partium in ordine ad locum. Respondet Suarez loc. cit. n. 28. dicendo

do illam extensionem materiæ spoliatæ Quantitate esse extensionem entitatiuam, idest partium entitatis materiæ, non verò esse extensionem quantitatiuam. Sed esto illam extensionem localem esse entitatiuam; quæ necessario debet dari in materia, etiam spoliata, vt possit recipere actionem diuisibilem agentis, tamen extensio quantitatiua non est nisi ex radicali impenetrabilitate, ergo ratio formalis quantitatis non est exigentia partium extensionis in ordine ad locum explicata per radicalem impenetrabilitatem, vt vult Suarez loc. cit. n. 15. 16. Sed potius est impenetrabilitas saltem radicalis explicata per exigentiam extensionis localis. Itaq; primarius effectus formalis est radicalis impenetrabilitas cũ exigẽtia extẽtionis localis, vt infra n. 14.

Extentio entitatiua, & quãtitatiua quid.

Declaratur effectus formalis proprius.

8. Non obstat, quod Deus non possit auferre rationem formalem à re, & remaneat eadem, & tamen videtur auferre à quanto impenetrabilitatem vt accidit in Incarnatione Verbi in qua fuerunt penetrata corpora Christi, & Beatæ Virginis, vt etiam euenit dum Christus post resurrectionem ingressus fuit ad Apostolos ianuis clausis, & vt est priuilegium, & dos cuiuscumque corporis Beati, qui habẽt penetrabilitatem. Quia in illis, & simibilibus.

obiect.

Solut.

bus casibus Deus per miraculum à corporibus quæ se penetrarunt, abstulit impenetrationem, idest retardat actuale exercitium, quod cum faciat contra exigentiam naturæ facit miraculum; sed non tollit radicalem impenetrabilitatem, & exigentiam impenetrationis. Sicuti Deus potest auferre ab homine ratiocinationem, idest actuale exercitium ratiocinabilitatis, licet non possit tollere exigentiam ratiocinationis, & rationabilitatem radicalem, & remaneat homo. Sicuti etiam aqua quando est calida, licet non habeat frigus, quia illud exigit, & radicaliter habet, ideo dicitur principium humiditatis, & frigiditatis, etiam quando est calida. Pariter corpora dicuntur quanta etiam si penetrentur, quia habent radicalem impenetrabilitatem, & exigentiam impenetrationis, adeoque extensionis localis.

Quantitas est distincta à re.

9 Nominales communiter volunt quantitatem molis non esse rem distinctam à substantia, & qualitatibus materialibus, sed vnamquamque earum entitatum per se ipsam habere extentionem partium. Aiuntque illam eandem entitatem vocari materiam in quantū est subiectum substantiale, & vocari quantitatem etiam in quantum habet extensionem partium. Sed hoc non potest esse ex plu-

Ratio 1

ribus capitibus. Primo quia est euidentimè contra Aristotelem, qui 3. meth. Tex. 17. & 7. meth. Tex. 8. primo Physicorum Tex. 13. & alibi sæpissimè ait quantitatem non esse substantiam; substantiam, & quantitatem non esse vnum, sed multa, & fere semper distinguit quantitatem à substantia, sicut ab ea qualitatem. Secundo quia agens naturale crearet; per contactum enim Sacerdos producit calorem in Hostia consecrata, sed si non esset quantitas diuersa ab ipso calore produceret calorem independenter ab omni subiecto, cum non produceretur neq; dependenter à subiecto immediato, idest à quantitate Panis, quæ per ipsos perit, neque concurrente subiecto mediato, scilicet substantia panis, quæ transijt in Corpus Christi, ergò crearet calorem, cum sit nullo concurrente subiecto. Si vero remanet quantitas, hoc non accidit, cum per ipsam omnia materialia extendantur. 2.

Quomodo subiectũ quantitas.

10 Tertio quia in misterio Eucharistię Deus separauit a substantia panis, & vini quantitaté quæ videtur conseruari couersis substantijs in Corpus, & Sanguinem Christi, ergo quantitas distinguitur ex natura rei a quacumque substantia materiali. Respondent Nominales non conser- 3.

uari

uari quantitatem substantiæ panis post consecrationem, sed conseruatur quantitas albedinis V.G.& aliarum qualitatum ibi manentium, cum vnaquæque qualitas, & vnumquodque accidens, & vnaquęque substantia materialis habeant proprias quantitates, quæ ad inuicem penetrantur, Sed contra primo est, quia hoc est contra communem sensum fere omnium Theologorum asserentium quantitatem panis remanere post cōsecrationem. Contra secundo, quia hoc modo cum vna hostia posset penetrari alia; Sicut enim in vna hostia penetratur quantitas albedinis cum quantitate saporis &c. ita quantitas albedinis alterius hostiæ posset penetrari cum alia Contra tertio, quia sufficit vna quantitas; ne multiplicentur entia sine necessitate]. Ad quid dare tot quantitates cum per vnam omnia materialia sint quāta. Contra quartò, quia absolute secundo de anima Aristoteles ait impossibile duo corpora esse in eodem loco, & ex hoc probat lumen non esse corpus; idem primo de anima Tex: 74. probat animam non esse corpus, quia simul essent duo corpora, & tamen anima est actus corporis, vt patet ex definitione, ergo etiam si dicerent aduersarij quod quantitates in vna hostia se habeant

An sint plures quantitates.

vt

vt actus adhuc non possent saluare doctrinam Aristotolicam.

11 Probatur quarto, ex ratione Suarez loc. cit. sect. 2. nu. 14. quia Christus in hostia habet quãtitatem & tamen est in puncto, ergo non habet extensionem in ordine ad locum, ergo extensio in ordine ad locum non est ipsa quantitas substantiæ. Respondent (sicuti nos) non consistere quantitatem in ipsa actuali occupatione loci, sed in aptitudine; sed contra euidentissime est, quia vel Christus in Sacramento habet hanc aptitudinalem extensionem, vel non. Si primum ergo male dicunt Corpus Christi in Eucharistia carere quantitate. Si secundum ergo extensio illa est distincta ex natura rei à substantia corporis Christi, & ab eius qualitatibus; cum sit sine quantitate, quod neque potest dici, quia Corpus Christi dum est in Sacramento nihil deperdit, quod habet, ergo est ibi cum quantitate, quam habet.

Ratio quarta.

Christus in Eucharistia est cum quantitate.

12 Neque dicas non dari quantitatem distintam ex natura rei à substantijs, & qualitatibus materialibus cum nullum habeat effectum formalem, & cum sola substantia sit receptiua qualitatum. Quia vt vidimus effectus formalis quantitatis primarius est dare radicalem impenetrabilitatem,

rem, quæ non potest haberi à partibus substantiæ materialis per suam materialitatem extensam, quia licet materia palmaris spoliata quantitate possit à Deo fieri, vt remaneat ita extensa (quamuis possit reducere tunc etiam in puncto) tamen tunc non habet impenetrabilitatem, ergo hic effectus formalis habetur solum à quantitate, quæ cum sit subiectum proximum susceptiuum qualitatum substantia tamen est primum subiectum susceptiuum earundem. Et cum omnia accidentia ordinentur ad substantiam vltimatè; ideo ab Aristotele dicitur, quod accidens non sit accidenti accidens quamuis non vltimate qualitas accidat, & inhæreat quantitati.

Quantitas subiectum proximum licet non principale.

13 Obijcies. Vnio non est distincta nisi formaliter à partibus vnitis, sed debemus phylosophari de quantitate respectu rei quantæ, sicuti de vnione respectu partium vnitarum, ergo quantitas formaliter distinguitur à re quanta, vel ad summum modaliter Respondeo esse maximam disparitatem. Primo quia non potest assignari entitas distincta à partibus vnitis. Sicuti potest assignari quantitas distincta ab ipsa re vt in Saramento Eucharistiæ. Secundo quia in vnione formaliter solum distinta non sequitur absurdum de creatione, sicuti di-

xi-

ximus de quantitate, quæ quod neque modaliter tantum, distinguatur patet quia non est modus, modus enim est inseparabilis à re modificata, & tamen quantitas est separabilis, vt vidimus.

Quantitas an modus.

14 Colligitur ex dictis, quod licet omnes suprapositę sententię assignent aliquid per quod distinguatur quantitas à cæteris, tamen non melius assignatur prò obiecto formali, quam radicalis impenetrabilitas, seu exigentia impenetrationis, cum illa sit prior cæteris. Et ratio est quia quod aliquod sit pirus alio ex dupplici conceptu desumi potest scilicet, vel ex maiori vniuersalitate, & sic dicimus priorem esse conceptũ animalis, quam hominis: vel respectu connotatorum, illud enim intelligitur prius alio, cuius connotatum intelligitur prius alio: ideo dicimus risibilitatem esse posteriorē admiratione quia quamuis sint eodem modo latepatentes, tamen respectu connotatorum percipimus, ideo hominem ridere, quia ex re inopinate visa admiratur, & non ideo admiratur quia ridet. Pari modo exigere impenetrabilitatem, atque extensionem localem eodem modo latepatent, tamen per connotata intelligimus prius impenetrabilitatem, quam extensionem localem, ideo enim est extentio localis

Vnde sumatur vnum esse pars alio.

calis quia est impenetrabilitas; partes enim non exigerent extensionem localẽ nisi exigerẽt impenetrationem. Ideoque quando materia spoliata quantitatẽ per Diuinam omnipotentiam retinet extẽsionem entitatiuam localem explicatam à Suarez, vt supra, tamen non exigit illam quia non habet radicalem impenetrabilitatem, idest quantitatem qua supponitur spoliata.

Cõponitur ex semper diuisibilibus,

15 Quantitatem tam permanentem quam successiuam componi ex partibus semper, & semper diuisibilibus in infinitum, constat primo ex Aristotele 6. Physicorum Tex. p. & 2. vbi ait impossibile esse aliquod continuum esse indiuisibile, vt lineam esse ex punctis. Secundo quia quantitas si non diuideretur in infinitum possemus deuenire ad Indiuisibile, sed hoc non potest esse, nam mutaret naturã, quod neque à Deo potest fieri, ergo &c. Tertio quia non potest componi ex indiuisibilibus quomodocumq; acceptis, ergo &c. Totum hoc intelligitur si bene aduertatur tam de quantitate permanenti quam de quantitate successiua, eadẽ. n. est ratio de vtraq; & potest fieri cõparatio de agente mouente se in quantitate permanenti in tempore. Si enim moueretur in instanti per lineam palmarem, prius erit in primo semipalmo

ergo

ergo minori tempore, ergo iſtans eſt diuiſibile, & ſic in infinitum, ergo ſicuti quantitas permanens repugnat componi ex indiuiſibilibus, ita etiam ſucceſſiua, præſertim cum Ariſtoteles loc. cit. Tex. 40. eandem rationem eſſe aſſerat de magnitudine, de tempore, & de motu.

16 Quod non componatur ex Indiuiſibilibus infinitis Indiuiſibiliter locatis, vt aiebat Zeno, Pictagora, & tota ſchola Stoicorum. Probatur primo quia vna pars imbiberetur, tota in alia, cum ſit indiuiſibilis, ergo non facerent extenſionem, nam ſi faceret extẽſionem eſſet id per quod non imbiberetur, ergo haberet partes. Probatur ſecundo quia quantitas finita haberet actu infinitas partes cum haberet infinita puncta, & tamen ſolum infinitum habet partes infinitas æquales. Neque poteſt dici componi ex indiuiſibilibus infinitis diuiſibiliter locatis. Primo quia punctum haberet partes, & partes, ſi poſſet locari diuiſibiliter. Secundo quia eſſet quantitas infinita cum haberet infinitas partes æquales, vt ſupra dixi.

Non ex indiuiſibilibus infinitis indiuiſibilibus locatis

Neque diuiſibiliter locatis;

17 Eadem, & maiora abſurda ſequerentur ſi componeretur ex indiuiſibilibus finitis indiuiſibiliter locatis. Primo quia vltra ſupradicta argumenta quælibet linea ex primo

Eucl.

Neque ex indiuisibilibus finitis indiuisibiliter locatis.

Eucl. propos. 10 potest diuidi bifariam, ergo linea constans ex punctis imparibus, cum diuideretur, secaretur punctum quod etiam apparet in piramide cuius basis est omnium linearum maxima, vt ex Eucl. 6. propos. 14. Secundo quia ex Eucl. lib. 10. propos. vltima Diameter est incommensurabilis Costæ, sed si quantitas componeretur ex punctis esset commensurabilis per puncta: Si enim costa componeretur ex tribus punctis diameter continebit quatuor, vel quinque puncta, & cum nihil possit remanere, quia non datur portio minor puncto, adamussim posset commensurari. Tertio quia non differet specie punctum à linea, superficie, & corpore, nam linea est decem punctorum V.G. & decem lineæ constituent superficiem centum punctorum, & corpus decem superficierum constabit mille punctis; atque ex hoc deducitur validissime, quod Achilles, & Athalanta non possent assequi Testudinem, nam si per istans conficitur punctum, cui respondet, certe Testudo non potest facere minus quam punctũ, & Athalanta, seu Achilles non potest facere plusquam punctum in vno istanti quia indiuisibile tempus correspondet indiuisibili spatio;

48 MInus dici potest quantitatem

constare ex indiuisibilibus finitis diuisibiliter locatis. Primo quia vltra suprapofita argumenta, quæ omnia hic etiam vigent addi potest, quod in tantum quantitas non videtur posse componi ex semper diuisibilibus, quia existimatur inintelligibile, quod quælibet pars semper, & semper diuidi possit, sed si ponantur indiuisibilia locata diuisibiliter, erunt in spatio semper, & semper diuisibili, ergo non vitatur difficultas. Secũdo quia si punctum lineæ A. D. sit locatum diuisibiliter in toto spatio A. C. & mobile moueatur ex A. in D. vel mobile erit in C. absque eo quod sit prius in B. quod est contra experientiam (fieret, enim motus successiuus continuus per saltus) vel erit prius in B. vt in parte propinquiori principio, quam in C. & sic conceditur in vbi fluente pars prior & posterior, & sic etiam in quantitate erunt puncta diuisibilia.

Neque diuisibiliter locatis.

D

C

B

A

19 Neque respondeas vnum indiuisibile additum alteri facere extensionem, licet enim se penetrent tamen non sunt adæquate in eodem loco, sed inadæquate eo quod, vnumquodque indiuisibile occupat spatium diuisibile, sicut si vnus Angelus occuparet medietatem aulæ, & alius alteram medietatem, ita vt in medio illi duo Angeli se penetrarent, & non

in extremis partibus illius Aulæ, & non est mirum rem indiuisibilem occupare locum diuisibilem, vt patet in anima, & in Angelo, ita etiam puncta, quæ hoc modo ducerentur, virtualiter diuisibilia; Non (inquam) hoc modo potest phylosophari. Primo quia sic puncta essent tota in toto, & tota in qualibet parte, vt sunt spiritualia, quod est nouum in Phylosophia: Secundo quia instantia in quantitate successiua non possunt habere hanc virtualem extensionem, definiunt enim, & incipiunt intrinsecè, ita vt sit verum dicere instans nunc est, & immediate postea non erit, nam aliter essent permanentia, ergo neque in quantitate permanenti indiuisibilia possunt corresponderespatio diuisibili. Tertio quia non haberetur ratio rarefactionis, nam in hac sententia rarefactum, est quod indiuisibile ceræ dum prius erat in spatio minori, postea sit in maiori, vti Angelus dilatat spheram suæ vbicationis. Sed ex hoc sequitur quod cera rarior facta sit grauior, quam dum erat densa, & probatur quo enim plus replicatur res grauis retenta sua vi ad descensum, eo plus est grauis: at ceram esse raram nihil est aliud, quam esse replicata singula eius indiuisibilia naturaliter in loco maiori, & non per replicationem,

Ad instantiã.

Responsio 1.

Secunda.

Tertia.

quæ

quæ impediat vim ad descensum, vt est replicatio miraculosa V. G. ergo esset grauior quod est impossibile.

20 Hic accedunt omnia supraposita argumenta, nam non solum diuiditur spatium in quo est res quanta sed etiam ipsa res quanta; aliter mathem. versaret circa spatium, & locum, & non circa quantitatem, quod est contra Aristotelem, & contra omnes communiter, ergo si diuiditur quantitas, cum constet ex indiuisibilibus recurrunt omnia argumenta supraposita, cum pari efficacia. *Quarta.*

21 Non obstat, quod Aristoteles 1. post tex. 9. vel 30. ait triangulum esse ex lineis, & lineam ex punctis. Quia hæc, & similes locutiones intelliguntur de punctis non in rigore indiuisibilibus, & Mathematecis, sed de puncto physico hoc est de parte minima ex natura sua diuisibili, licet à nobis sit indiuisibilis, & hoc modo intelligitur sphæram tangere planum in puncto, idest in parte minima diuisibili ex natura sua, itaut neque per Diuinam omnipotentiam, possit diuidi, & remaneat indiuisibilis Physice, sed Dei omnipotentia elucet in eo, quod possit vnamquamque minimam quantitatem diuidere in infinitum, semper, & semper; & sic non est mirum, sed ex necessitate *Soluuntur:* *Obiect.*

materiæ euenit vt quantitas sit semper diuisibilis; Atque hoc modo non solum totum Cælum, sed infinitos vna ala muscæ potest tegere cum possit diuidi in infinitas partes, & quælibet in alias infinitates. Et licet vna pars quantitatis discretæ sit indiuisibilis, tamen non est par ratio pro quantitate continua, cum quantitas continua habeat partes intrinsecè vnitas. Partes verò quantitatis discretæ vniuntur solum extrinsecè, quatenus ab Intellectu scilicet colliguntur in vnum.

Disparitas quantitatum.

Neque indiuisibilia copulatiua.

22 Neque dicas saltem requiri indiuisibilia terminatiua, & copulatiua, cum si solum constaret ex partibus semper diuisibilibus vna pars, vel vniretur alteri secundum se totam, vel secundum partem. Non primum, esset enim penetratio: non secundum, cum de hac alia parte possimus quærere, an secundum se totam, an secundum partem vniatur, & sic in infinitum, ergo dantur indiuisibilia saltem copulatiua: sed etiam incoatiua vt dicatur formam totam simul introduci; & pariter terminatiua, vt distinguantur effectus dependentes à causa in fieri, & in conseruari, ab effectibus, qui dependent tantum in fieri. Primo quia præter multa supradicta, tale indiuisibile cum totaliter imbibatur in parte

Neque incoatiua.

Neque terminatiua.

Prima ratio

te

te antecedenti nō posset altera pars subsequens penetrari cum indiuisibili, quin penetretur, etiam cum parte antecedenti. Sicuti si Angelus totaliter penetraretur cum meo bracchio non potest aliud corpus penetrari cū eodem Angelo, quin penetretur cum meo bracchio, nam quæ penetrantur vni tertio penetrantur inter se, &c. Secundo quia quælibet magnitudo sufficienter terminatur per suam entitatem talem, quæ neget vlteriorem extensionem, & indiuisibile cum totum, & totaliter imbibatur nil facit, nam sine tali indiuisibili quantitas palmaris habet negationem vlterioris extensionis: & hoc non solum valet ad impugnanda indiuisibilia terminatiua, verum etiam copulatiua, cum partes debeant esse terminatæ, sicuti gutta aquæ secundum se est terminata, cui si addatur alia gutta sine tali indiuisibili copulatiuo, vel terminatiuo, habebit vlteriorem extensionē. Adde quod tale indiuisibile debet subiectari in spatio, vel diuisibili, vel indiuisibili: non primum, quia non esset correspondens, & adæquatum; non secundum quia hoc modo potest dici constare ex indiuisibilibus, quod non potest dici vt vidimus, ergo nullo modo possunt dari in quantitate seu permanenti, seu successiua, cum sit par ratio, & semper

Secunda ratio.

Tertia ratio.

possit fieri comparatio Quantitatis successiuæ cum permanenti, & applicatio ad inuicem. Tertio quia sine tali indiuisibili omnia bene saluatur.

23 Et primo ad instantiam de vnione partis cum parte, an secundum se totam, an secundum partem

Responsio ad instantiam primam contrariam

Dico vniri partes secundum se totas inadæquate acceptas, sicuti duæ partes aquæ separatæ quando vniuntur totæ vniuntur, sed inadæquate acceptæ quia per talem vnionem nō penetrantur, sed tollitur talis negatio vlterioris extensionis. Non possunt tali pacto saluare ponentes indiuisibilia, quæ cū non habeant extensionem, neque possunt dici tota inadęquata, hoc modo soluitur difficillima instantia, nempe vniri inadæquate nihil aliud esse, quā vniri partem, atque sic redit argumentum. Quoniam vnitur per partem, quæ quamuis de se sit sēper diuisibilis, adeoque vnio possit esse, cum minori & minori, tamen quia incommensurabiliter se habet, ideoque dicitur vniri indiuisibili, sicuti dicitur sphera quod tāgat planū in pūcto, vel lineæ, vel superficie, non quidem positiue, sed negatiue, hoc est facta quacumque assignatione, semper in minori, & minori parte potest tangere, sed quia incommensurabiliter tangit in parte, quæ neque commensura,

furatur, cum superficie, neque cum linea, ideo dicitur tangere in puncto; sic quando tangit partem quæ non commensuratur cum superficie, sed solum cum longitudine, dicitur tangere in linea. Per hanc commensurabilitatem soluuntur omnia argumenta. Quare.

24 Ad instantiam de forma tota simul introducenda, dico quod in minori, & minori tempore tota simul produci potest, sed quia tempus in quo introducitur, non petit commensurari alicui tempori determinato, ideo dicitur introductio instantanea. Idem dic quando per Sacramentũ introducitur gratia, cum illi respondeat aliqua pars temporis determinata quidem, sed indeterminate requisita, in quantum scilicet in minori, & minori tempore introduci possit, quemadmodum sphera dicitur tangere determinate planum, & non dicitur tangere planũ indeterminatum, quamuis nulla pars plani ad talem contactum sit determinate requisita, cum minor, & minor sit sufficiens, atque hoc modo saluatur inceptio per primum esse rei positiuæ, & intrinsece, & per vltimum non esse rei extrinsece, & negatiue, sed de hoc melius infra, Cent. 63. n. 5. & seq.

Responsio ad secundã

Introductio gratiæ per Sacramentum.

Inceptio quomodo habeatur.

25 Ad instantiam de distintione

effectuum quorum aliqui dependeant à causa tam in fieri quam in conseruari, aliqui vero in fieri tantum dico quod ille effectus qui dicitur dependere à causa in fieri tantum, dependet per actionem inadæquate distinctam ab actione conseruatiua, hoc est per actionem durantem quidem per aliquod tempus diuisibile, sed eius duratio diuisibilis semper sumi possit minor, & minor, cum semper prius, & prius possit effectus causari, ac desinere, & sic non expetit commensurari alicui tempori sicuti expetit commensurabilitatem actio conseruatiua, ideoque est maius beneficium Dei creatio, & cõseruatio, quam sola creatio quia licet per creationem habeatur aliqua duratio quæ potest esse minor, & minor tamen per conseruationem, habetur duratio commensurabilis. Hoc modo saluatur desitio per vltimum esse rei positiue, & intrinsece, & per primum non esse rei extrinsece, & negatiue.

Responsio ad tertiam

Differentia conseruationis à Creatione.

Desitio quomodo habeatur.

26 Ex dictis Colligitur nihil quãti dari posse indiuisibile, & nihil durare posse per istans, quia omnis actio, vel est identificata cum duratione essentialiter successiua, vt est actio quæ est essentialiter fluens, vel existit in tempore per durationem fluentem, vt est illa quæ est permanens.

Nihil indiuisibile, vel quantũ vel temporane.

nens, ergo ſicuti in ipſo tempore non ſunt Inſtantia, ita neque operationes ſunt inſtantaneæ cum exiſtant in tempore. Quemadmodũ non poteſt eſſe Angelus in loco in diuiſibili cũ non detur Quantitas indiuiſibilis, ergo ſi eſt in loco, eſt in Diuiſibili, Ita pariter ſi eſt in tempore, eſt per durationem diuiſibilem, ſed hoc ex neceſſitate materiæ, ita vt neque Deus poſſit operari in tempore quin ſit per durationem diuiſibilem, ſicuti non poteſt facere creaturam, quin ipſa dicat imperfectionem, cum hoc non proueniat ex imbecillitate potentiæ, ſed ex neceſſitate materiæ. Imo ſi poſſet facere creaturam non imperfectam non eſſet Deus, quia faceret chimerã, faceret enim Deum diuerſum à ſe cum de ratione ſolius Dei ſit non eſſe imperfectum, ſed non faceret Deum, quia de ratione Dei eſt non eſſe factum, ergo faceret contradictorium, & impoſſibile & conſequenter falſum, ergo non eſſet Deus, de cuius ratione eſt non poſſe facere falſum. *Neque ex Dei potentia*

27 Quomodo autẽ ſe habeant partes in ipſa quantitate cõtinua permanẽti actu ne, vel potẽtia diſtinctæ maxima omnium difficultatũ mihi videtur, nã ſi ſunt actu inter ſe diſtinctæ (cum actu ſaltem per Diuinam omnipotentiam poſſint inter ſe ſeparari) *Partes an actu diſtinctæ.*

ri) ergo actu datur infinitum; actu enim medietas palmaris ligni V. G. non est alia medietas, & medietas medietatis actu non est alia, & sic in infinitum, proportionaliter, ergo &c. Si vero non sint actu distinctæ, ergo neque potentia erunt distinctæ, quia quod duæ partes sint potentia distinctæ, est vt vna non sit alia, ita vt possit vna ab alia separari, nam quando vna est alia non potest separari, & dum possunt duo separari signum est quod vnum non sit aliud in entitate; sed quod vnum non sit aliud est idem ac vnum esse distinctum ab alio, licet non sit separatum, & diuisum ab illo, ergo si non sunt actu distinctæ, & diuersæ neque potentia erunt distinctæ, & diuersæ, præsertim cum separabilitas, & diuisio sit quid extrinsecum, & non faciat quod duo sint distincta, & diuersa, sed quod sint diuisa, & separata, & non possent esse separata, & diuisa nisi essent distincta, & diuersa inter se, vt dictum est.

An potentia distincta.

Et quia istæ difficultates non possunt breui interuallo complecti, vt meũ institutum est ad explicandum ad quam partem inclinem, ideo indigitasse sufficiat, & tu vlterius cogita attentissime quia vndique angustiæ præsertim si asseritur non posse dari infinitum actu, quod certe videtur.

detur repugnare in limitatis, & creatis ex partibus æqualibus conflatum.

CENTIL. XXXXVII.

De Infinito.

1 NOmine Infiniti dicitur quod fine caret, seu Termino & non est necesse quod ex vtraque parte sit sine termino, vt patet in duratione animæ rationalis, quæ erit infinita à parte post, & non à parte ante. Antiqui apud Aristotelem definiebant infinitum *esse id cuius nihil est extra*, sed optimè ab Aristotele reprobatur talis definitio, quatenus conuenit etiam enti finito toti cui nihil deest, quia V. G. totus liber est id cuius nihil est extra librũ aliter non esset totus liber. Bene tamen definitur ab Aristotele Infinitum esse *id cuius semper est aliquid extra accipere*, nam si ex infinito accipiãtur portiones æquales, vel maiores semper adhuc supersunt accipiendæ. Non vero potest intelligi talis definitio de partibus proportionalibus minoribus scilicet, & minoribus, nam etiam in Quantitate finita sunt partes infinitæ proportionales, cum

Infinitum qui d nominis.

quid sit ex Aristotele tex. 62.

quomodo intelligitur.

vnaquæque minima quantitas possit diuidi in ifinitum, vt vidimus supra.

2 Multipliciter accipitur Infinitum, aliud Cathegorematicum, seu in actu cum sit totum simul vt si sint actualiter Infiniti homines, vel linea infinite longa. Aliud Syncathegorematicum quod dicitur etiam mixtum quatenus est id quod est actu finitum, sed in potentia infinitum, sic est duratio animæ rationalis per totam æternitatem. Infinitum Cathegorematicum, de quo est quæstio hic Vtrum possit dari de potentia Dei absoluta, tripliciter præcipue diuiditur, seu in tripl ci significatione potest accipi. Videlicet in Intensione, vt esset calor infinite intensus in eadem parte subiecti. Secundo in quantitate, siue discreta, vt esset infinitus uumerus hominum, siue continua, vt linea infinita. Tertio tandem in essentia qualis est illa, quę includit infinitas perfectiones ex toto genere vt est Deus, vel ex genere vt Creatura, si posset dari.

Cathegorematicum.

Syncathegorematicum.

3 Veteres volebant dari de facto infinitum actu, vt Anaxagoras, & alij apud Aristotelem, hic Tex. 25. & Tex. 31. referentem etiam argumenta, quorum precipua sunt. Primo quod tempus fine, & principio caret. Secundo quod apud Mathematicos datur linea infinita extensa.

Nota dari actu.

Ter-

Tertio tandem quod dato quocumq; numero Intellectus potest excogitare maiorem, sed certe constat ex sapientia ?? non dari actu in Creatis quia vt ibi *Deus fecit omnia in numero pondere, & mensura* Infinitum vero non potest numerari, neque metiri &c. Imo patet experientia cũ omnia accepta saltem per partes æquales Cœli ambitu contineantur. Ad suprapolita argumenta Antiquorũ facilis est responsio, & primo ad illud de tempore, si accipiatur tempus per mensuram motus, seu per circulationem Cœlorum, patet tempus esse terminatum vtraque parte quia incepit, & desinet. Si vero accipiatur per durationem patet esse Infinitũ Syncathegorematicum. Secundo ad lineam à Mathematicis positam Infinitam intelligitur per imaginationem. Tertio ad id quod concipitur per Intellectum dicendum, quod quidquid concipitur ab Intellectu creato non inducit infinitatem, cum concipiatur ab Intellectu, quod prius fuit in sensu, ergo quod est actu, & consequenter finitum.

4 Aliqui Heretici apud Valdensem Tom. p. l. p c 14. negabant Infinitum Syncathegorematicum, in quẽ errorẽ incidit etiam Ioannes Vs dicens hęc (Deus nihil potest annihilare, nec Mundum maiorare, sed ani- *Dari Syncathegorematicum.*

mas

mas vsque ad certum numerum creare, & non vltra) quæ propositio refertur, atq; inter hereticorum Articulos dãnatur à Cõc Cõstãtiensi. sess. 15. & merito quia omnipotentia Dei est Infinita ex toto genere, seu simpliciter. Supposito igitur tamquam certo dari infinitum Syncathegorematicum, & non dari de facto Infinitum Cathegorematicum quæritur an possit dari saltem de potẽtia Dei absoluta. Affirmat Ocamus in secundo dist. 13. q. vnica, & alij quos refert, & sequitur. Vrtadus disp. 13. Physicorum sect. 3, Vasq. p. p. disp. 26. cap. p. & non nulli alij.

Posse dari actu.

5 Quamuis innumerabilia sint argumenta excogitata à veteribus, & recẽtioribus Phylosophis contra talẽ opinionem, attamen habita ratione ad definitionem suprapositam Infiniti mihi videtur magis consonum Omnipotentiæ Dei asserere de potentia Dei absoluta posse dari infinitum Cathegorematicum, vel in intensione, vel in quantitate &c. Probatur primo quia ens reale potentiale dicitur tale quia potest existere à parte rei, sed homines qui non existunt sunt entia realia potentialia ergo hi possunt existere à parte rei, sed nunc Infiniti homines sunt potentiales, ergo nunc possunt existere infiniti à parte rei. Quemadmodum nunc sunt futura.

Probatur primo.

ræ simul omnes cognitiones Infinitæ quæ erunt per totam eternitatem ergo sub ratione futuri, nunc omnes sunt infinitæ.

6 Accedit quia Deus vidit Infinitos Angelos possibiles, sed existentia vnius non impeditur ab existentia alterius, ergo omnes simul possunt creari à Deo, respectu cuius potentiæ, neque adest repuguantia, nam sicuti potest creare Angelum A. & Angelum B. simul, ita Infinitos simul. Adde quod si hoc non posset esse non distingueretur potentia finita ab infinita. Infinitum n. syncathegorematicum, potest produci etiam à potentia finita, vt in sententia Aristotelis, voléris Mundum ab Æterno certe nunc essent Infinitæ Circulationes, Sed quidquid sit de hoc, certe omnia quæ afferuntur contra Infinitum Cathegorematicum, possunt etiam afferri contra syncathegorematicum: respectu, n. cognitionis Diuinæ æque sunt soluenda argumēta, ac si essent obiecta à parte rei, nā futura sunt ita posita in æternitate Diuina, ac si essent præsentia mihi in hoc instanti, sed dantur de facto coexistentia Diuinæ eternitati ergo non est maior ratio cur implicet vt ponantur res infinitæ, & non implicet quod infinitæ res coexistant realiter (vt infra videbimus) Diuinę

Probatur secundo.

Probatur tertio.

Aeter-

Æternitati, quæq; sit ista coexistentia,

7 Comunior sententia S. Thomæ p. p. q. 7. a. 3. & 4. Scoti in 2. dist. p. q. 3. Suarij disp. 30. Meth. sect. 17. & multorum asserit non posse dari infinitum neque in perfectione, nã esset creatura ex suppositione, non esset creatura cum haberet perfectionem infinitam, neque in intensione, nam si produceret calorem infinite intensum, esset, & non esset omnis calor producibilis. Esset cum debeat participare intensionem quantum producibilis est: non esset, nam si auferãtur quatuor gradus adhuc calor esset infinitus, ergo non contineret omnes gradus producibiles: Neque in quantitate numerica: cum daretur vnum infinitum maius alio, esset .n. maior infinitas oculorum, quam hominum: multo minus in quantitate continua; spatium enim infinitum terminaretur in vtraque parte, nam si, duæ lineæ ex eodem puncto inciperent Angulum, & protenderentur in infinitum: illæ duæ lineæ quidẽ quo magis distarent ab illo puncto, maiorem etiam inter se haberent intercapedinem vt patet ex Euclide lib. p. propositione 28. at lineæ distarent infinite à puncto cum sint infinitæ longitudinis, ergo etiam continerent inter se infinitam distantiam, ergo illa distantia intermedia esset infinita,

Aduersariorum fundamenta.

ta.

ta, sed terminaretur vtraque parte ex ipsis lineis, ergo &c.

8 Sed nulla mihi videtur repugnantia, & robur in supradictis instantijs. Et primo ad illam de perfectione, dico quod sicuti Deus potest creare infinitas creaturas perfectiores, & perfectiores, ita intra illam infinitatem creaturarũ esset creatura infinite perfecta, nam crescit perfectio ad numerum entitatum, & non repugnat rationi creaturæ infinita perfectio. Primo quia non habet ex sua ratione perfectionem infinitam. Secundo quia perfectio infinita creaturæ est ex genere, seu secũdũ quid non simpliciter vt perfectio Dei à quo distabit infinite, cum sit creatura, & dependens, nunquam enim à dependentia potest creatura se eximere, ergo poterit sẽper Deus producere alias infinitates. Ad instantiam de intensione dico quod non essent omnes gradus producibiles cũ vltra illos possent produci alij infiniti, & de ratione caloris infinite intensi non est quod debeat participare intensionem quantum possibilis est, sed quod dematur ab illa intensione semper restat auferendum. Ad instantiam de quantitate Discreta dico primo quod non esset infinitum maius alio, sed infinitas hominum esset vna, oculorum vero essent duæ

Solutiones.

Creatura infinita ex genere posset esse.

Quomodo Infinitum maius alio.

duæ infinitates. Dico secũdo quod nõ repugnat dari infinitum maius alio, maior .n. erit duratio Adami per totam æternitatem quam duratio S. Petri V. G. & maior est linea incipiens ab vno puncto protensa in infinitum, quam sit alia linea infinita incipiens post palmum ab eodem puncto. Ad istantiã de infinito spatio terminato vtraque parte dico primo cum Vrtado quod sicuti datus casus est in mẽte sine repugnantia, ita potest poni a parte rei, nã licet videatur habere terminos, adhuc esset infinita, cũ etiamsi accipiatur quantum vis semper restet accipere, Dico secundo talem proportionem valere in Finitis, non in infinitis, quia omnis distantia assignabilis ab illo puncto est finita, & Infinitum non admittit proportionem, vel mensurabilitatem quę sunt finiti, Dico 3. esse terminatum extrinsece, vt num. 15.

Infinitum an terminatum.

9 Neque hinc sequitur, quod pars esset æqualis toto. Si enim non adæquat totum non est infinita cum excedatur à toto, & ex alia parte in illud, in quod exceditur, terminatur. Primo quia hoc idem potest dici de infinito Syncathegorematico vt aperte patet. Secundo quia illa infinita sunt æqualia in correspondentia cum accipiatur quãtũuis ex vno quoque ex illis semper restat accipiendum: Et hæc æquãlitatis

Minus in correspondentia æquale maiori

litas in correspondentia non est quid nouum adinuentum: Christus enim licet contineat Verbum, & humanitatem, totus tamen Christus non est quid maius solo verbo, sicuti licet sũma Trinitas sint tres Personæ, tamen tota Trinitas non est quid maius in ratione perfectionis sola persona Patris, quamuis in ratione numeri tota Trinitas sit maius Patre, & Filio, vt Vasquez 1. parte in notando ad art. 1. q. 30. Tertio quia propriè loquendo non potest dici pars, aut totum infinitum sicuti Theologi fatentur Christum non continere Verbum vt partem, & S. Thom. loc. cit. art, 1. ad quartum negat vnam personam Diuinam esse partem trium, quemadmodum vnus homo est pars trium hominum, nam tantus est Pater, quantum est tota Trinitas, quò ad correspondentiam in ratione perfectionis. Itaque attentissime notandum, quod sicuti non potest dici proprie de infinito pars, aut totum ita neque proprie dicitur esse æquale, vel inæquale, maius, aut minus, quæ sunt passiones entis finiti, & sic proportiones, quæ valent in finito debent negari de infinito. Quapropter Deus non potest assignare illam creaturã infinitè perfectam in illa Infinitate Creaturarum in Infinitum creatarum magis, & magis perfectarum,

rium, & hoc non ex imbecillitate omnipotentiæ Dei, sed ex natura ipsius Infiniti, quod indistinguibile est de se, quemadmodum etiam si cognitio Dei est rectissima, adhuc tamen non potest rectam videre operationem, quæ sit mala moraliter, & quæ declinat à recta ratione. Pariter etiam si creentur Infinitæ entitates semper maiores per palmum, non posset assignari entitas infinita, quia non esset amplius Infinitum, cum assignaret vltimum vel negandum est suppositum, nam quotiescumque ponitur vel ordo, vel proportio, vel figura, toties repugnat infinito, cui non possunt conuenire tales passiones.

An possit moueri.

10 Neque obstat quod si darentur duæ parallelæ infinitæ, essent finitæ. Si enim vna vertatur in girum tangeret aliam per distantiorem partem, ergo terminaretur in quò tangit. Primo quia per Aristotelem 1. de Cęlo Infinitum non potest moueri circulariter. Secundo quia vt ait Vasquez loc. cit. disp. 26 c 2, non potest dari in corpore infinito motus circularis, quia hic motus non potest intelligi quin assignetur sphæra, & circumferentia intrà quam motus fiat ergo supponeretur lineam infinitam non esse infinitam. Tertio quia si linea C, D. moueretur in girum quo magis linea D. accederet ad B. eo

B D E A C

ma-

magis C, recederet ab A. ergo in punto E. esset Centrum, ergo quantitas ab E. ad C. esset finita, at quantitas C. E. est medietas, & est finita, ergo etiam alia medietas erit finita, ergo tota linea erit finita contra suppositum, & hinc patet nullum alium motum posse haberi in Infinito.

11 Obijcies si producerentur Infiniti homines singuli habentes vnum lapidem, certè faceret acervum infinitum, sed si à singulis hominibus reassumentur decem lapides, finiretur infinitum, imò non sufficeret omnibus, & si sufficeret esset sine miraculo multiplicatus acervus. Resp. quod si reassumerentur lapides successiuè numquam finirentur, etiam si ab vno homine acciperentur non solum decem, sed etiam centum, & mille, & infiniti. Si verò reassumerentur simul finiretur, & non est absurdum infinitum finiri simul ab infinitis, vt notat Vrtadus, & licet non correspondeirent omnibus, non est per nos absurdum, vt diximus supra.

Quomodo possit finiri.

12 Multo minus obstat, quod si producerentur Infiniti Angeli, & omnes mouerent lapidem, motus ille esset infinitè velox, nam quò applicantur plures Angeli, eò moueretur velocius, ergo moueretur in instanti, sed ex alia parte non potest moueri

in

in instanti corpus palmare V.G. per spatium tripalmare, nam in eodem instanti deberet occupare totum spatium, quod est impossibile. Quia motus ille esset velocissimus, sed non esset in instanti, velocitas .n. consistit in noua praesentia, in nouo spatio in singulis instantibus temporis, sed instantia temporis indiuisibilia non sunt, sed sunt minora, & minora ex natura sua, vt diximus de quantitate, ergo non esset in instanti.

13 Ob: tandem quod si Deus produceret lineam infinitam sursum, & deorsum, & ego accipiendo illam auferam portionem V.G. palmarem, Deus postea vniat illas duas partes, certè non occuparetur spatium palmi ablati, nam illae partes non pertingerent quò prius attingebant, ergo esset terminatum Infinitum, Respondeo primo quod Deus non potest mouere infinitum, cum ad motum requiratur terminus à quo, & ad quem, ergo non esset infinitum contra suppositum. Secundo quia etiam si non occuparet totum spatium, adhuc esset infinitum, cum non possit assignari illud vltimum in quo non occupat; si .n. potest assignari vltimum esset terminus, ergo non esset infinitum contra suppositum, Tertio quia etiamsi esset terminus quodammodo extrinsecus (vt ita dicā) non repugnat infini-

An possit moueri.

ni-

nito, nam cognitiones per totam æternitatêm Deus cognoscit, & tamen sunt infinitæ illæ cognitiones: terminus vero intrinsecus repugnat infinito, ideo si accipiatur quantum vis non restaret accipere, ergo illa linea adhuc restaret infinita etiam si extrinsecè haberet terminos, atque hinc colligitur quod etiam si infinitum terminetur extrinsecé ex vtraq; parte non tollit rationem infiniti, dummodo restet semper accipiendum successiuè.

Quomodo vndique terminatum

14 An detur vero infinitum obiectiuum in mente Dei valdè torquet ingenia, quæ non possunt satis firmiter asserere an illud obiectum, quod est infinitum videatur totum simul, & cathegorematice, an successiuè, & syncathegorematice, sed vt distincte procedamus dupplex assignatur scientia Dei, alia visionis, quæ versatur circa ea, quæ habuerunt quæ habent, & quæ habitura sunt existêtiâ in aliqua temporis differentia; alia est scientia simplicis intelligentiæ, quæ versatur circa ea, quæ numquam habitura sunt existentiam, sed tamen sunt possibilia. Per scientiam visionis cognoscit aliquod infinitum, quia cognoscit omnes cognitiones hominum V. G. quæ erunt per totam eternitatem, sed istæ erunt infinitæ, ergo cognoscit infinitum. vt S. Thom. 1. p. q. 14. art. 12.

Quotuplex scientia Dei.

Visionis, qua

simplicis intelligentia qua.

Per

Per scientiam etiam simplicis intelligentiæ cognoscit infinitum, quia cognoscit omnia possibilia, quæ sunt infinita, vt S. Thom. lib. 1. con. Gent: cap. 69. itaque Deus per istas cognitiones de facto simul vidit totam multitudinem infinitam successiuè futuram, simultate se tenente ex parte representationis Diuinæ, non ex parte repræsentatorum, nam vidit simul Deus infinita futura, non tamen vidit infinita futura simul, idest non vidit futura, vt sint in eodem tempore, sed vidit simul vt suo tempore erunt idem dic de possibilibus.

An infinitum in mente Dei.

15 Probatur primo, quia Deus simul vidit omnia, & singula futura aliter non esset infinita cognitio Dei, ergo omnia simul, & quò ad singula, pro vt futura sunt singula, in suo tempore determinato cognoscit. Non respondeas quod videat successiuè, & non omnia simul, sicuti successiua erunt. Quia tamen est præsens nunc Deo ens quod erit cras, quam cognitio, quæ erit per æternitatem, ergo vtramque vidit simul, & vidit simul quod illa erunt successiuè suis temporibus.

16 Probatur secundo, quia nunc omnes cognitiones, quæ erunt futuræ per totam æternitatem sunt simul in ratione futuri, ergo nunc simul sunt infinita in ratione futuri, sed cogno-

scum.

scuntur à Deo sub ratione futuri, nunc simul, ergo sunt actu simul in mente Dei. Probatur tertiò Si creasset creaturam rationalem ab æterno, & semper tribuisset ei perfectiones maiores, & maiores vsque modo, certè haberet illa creatura perfectiones infinitas, & eas cognosceret simul, ergo.

17 Neque dicas cum Durando in 1. dist. 39 q. 2 Suarez tom. 1. in tertia parte disp. 18 sect. 3. §. quærit quis, quod non cognoscit Deus simul infinitum, sed solum syncathegorematice, nam Deus vidit res, vt sunt in se, sed sunt syncathegorematice, ergo vidit infinitum non simul. Quia vt diximus simultas se tenet ex parte repræsentationis, & cognitionis, non ex parte rei repræsẽtatæ sicuti Deus simul vidit actum meum odij, & actum amoris circa idem. Hinc non sequitur quod Deus videret omnes partes, in quas potest diuidi quantitas, quia vidit infinitas partes in quantitate, imò potest illam in infinitas partes actu diuidere, sed adhuc videt vnamquamq; diuisibilẽ in infinitũ, & hoc ex natura quantitatis.

Quomodo Deus vidit infinitum.

18 Posito itaque dari infinitum in mente Dei, vt certum videtur potest argui contra negantes posse dari infinitum actu de potentia Dei formando eadem argumenta in vtroq.

CENTILOQ. XLVIII.

De Loco vbi de Replicatione.

Vbi intrinsecum quid?

1 LOcus, seù vbi alius intrinsecus est alius extrinsecus. Intrinsecus est spatium determinatum, in quò aliquod est, & non est necesse vt tale vbi contineatur alio corpore; namsi Petrus esset V. G. supra vltimam sphæram in loco distanti à Polo artico per palmum, licet non sit ibi, vbi extrinsecum quo contineretur adhuc haberet vbi intrinsecum, idest spatium illud determinatum occupatum à tali corpore, & tale vbi intrinsecum modo habet vltima sphera, cùm non sit aliud corpus quò contineatur. Locus verò extrinsecus, qui vt magis notus dicitur ab Aristotele *Superficies corporis continentis immobilis*. Illud *immobilis* in quò est difficultas, explicatur per hoc, quod corpus contentum debet æquo modo distare à punctis imaginatis fixis ad hoc vt dicatur esse in eodem loco; & ratio est, quia quotiescunq; aliquod corpus distat eodem modo à terminis, non mouetur, ergo dicitur esse in eodem loco, atque sic licet superficies moueatur, vt dum aer mouetur à vento circa Turrim, dum

Vbi extrinsecum quid?

alia

alia superficies, quæ ambit corpus de nouo, eodem modo pariter distat à punctis fixis, illud corpus non dicitur moueri, sed permanere in eodem loco realiter, & formaliter, licet materialiter possit latè modo dici moueri. Sic dicitur moueri materialiter, qui deambulat in Naui versus Orientem, dum Nauis eadem prorsus velocitate, & æquali motu mouetur versus Occidentem.

immobile quomodo moueatur.

2 Ex dictis patet locum non esse maiorem locato, etiam si locus sit continens, & locatum contentum, quia in terminatione est euidentissima æqualitas, terminus enim superficiei conuexæ Cæli inferioris est idem numero terminus superficiei concauè Cœli superioris. Patet etiam vbi intrinsecum non haberi, per distantiam à punctis fixis, quia creato à Deo vno corpore solum, & cæteris, vel annihilatis, vel non creatis adhùc illud corpus haberet vbi intrinsecum licet non haberet, vbi extrinsecum.

locus an maior locato.

3 Dupplici modo pariter res potest esse in loco, vel definitiuè, vel circumscriptiuè. Primo modo est quando totum est in toto, & totum in qualibet parte, sic anima rationalis est in corpore, Angelus in tota sphæra suæ actiuitatis, & Christus in venerabili Sacramento Euchari-

Esse in loco definitiuè.

circumscriptiuè.

stiæ. Secundo modo, dum aliquod est in loco ita vt pars sit in parte, & totum in toto, sic corpus hominis V. G. est in loco circumscriptiuè, cum pars respondeat parti, quia caput est in parte superiori loci, cui respondet, & totum corpus correspõdet toti loco.

Supernaturaliter datur replicatio

4 Naturaliter non potest vnum Ens creatum esse in pluribus locis, extra suam sphęram eodem tempore; sphæra .n. actiuitatis entis creati est limitata, & circumscripta, sed si eodem tempore potest esse in pluribus locis extra suam sphæram non esset limitata, ergò &c. Accedit Mathem. demonstratio, nam si lapis palmaris V. G. esset hic, & esset Venetijs eodem tempore, non esset lapis palmaris contra suppositum, quia occuparet inter capedinem, quæ intercedit inter Romam, & Venetias.

5 Quamuis non possit Ens creatum naturaliter esse in pluribus locis vt vidimus, supernaturaliter tamen potest dari talis replicatio, vt idem sit eodem tempore in pluribus locis, & hoc non solum definitiuè, sed etiam circumscriptiué. Et probatur quia est de fide Christum esse replicatum eodem tempore in omnibus hostijs consecratis in toto Terrarum Orbe existentibus, ergo potest dari replicatio, quæ non inducit maio-

maiorem difficultatem si fiat in re existenti in loco definitiuè, quam circumscriptiuè, non .n. est impossibile quod Christus possit ostendere manum V. G. in pluribus hostijs.

6 Diceret aliquis negans replicationem quod Christus est in hostijs Sacramentaliter, sed certe hoc asseritur potius ad tuẽdum positum, quam ad vitandum argumentum, quia dicere quod Christus sit in hostijs Sacramentaliter non est negare esse ibi realiter, nisi velit contradicere Concilio Tridentino, quod sess. 13. c. p. hæc asserit *Docet Sancta Synodus, & aperte, ac simpliciter profitetur, in almo Sancta Eucharistia Sacramento post panis, & vini consecrationem Dominum nostrum Iesum Christum verum Deum atque hominem vere realiter ac substantialiter sub specie illarum rerum sensibiliũ cõtineri* Et loc cit. c. 3. dicit *semper hæc fides in Ecclesia Dei fuit statim post consecrationem verum Domini nostri corpus, verumque eius sanguinem sub panis, & Vini specie vna cum ipsius anima, & Diuinitate existere:* Et c. 5 dicit *illum eundem Deum præsentem in eo adesse credimus, quem Pater Aeternus introducens in Orbem Terrarum dicit, & Adorent eum omnes Angeli Dei; quem magi procidentes adorauerunt, quem Denique in Galilea ab Apostolis adoratum fuisse scriptura testatur*

Christus est realiter in hostijs.

tur. Quæ locutiones patefaciant christũ esse realiter in hostijs consecratis, Et contra hoc negantes idem Concilium loc. cit. Can. p. infert Anathema per hæc verba. *Si quis negauerit in Sanctissimo Eucharistiæ Sacramento contineri vere realiter, & substantialiter Corpus, & sanguinem vna cum anima, & Diuinitate Domini nostri Iesu Christi, ac proinde totum Christum, sed dixerit tantum modo esse in eo, vt in signo, vel figura aut virtute Anathema sit.* Itaque patet Christum esse realiter in omnibus hostijs consecratis, ergo patet etiam replicatio.

7 Confirmatur varijs exemplis sanctorum qui eodem tempore pluribus locis adfuerunt diuersis officijs intenti, & hoc non potest negari omnipotentiæ Dei, cum non sit Contradictorium esse hic, & esse alibi, sicuti est contradictorium esse hic, & non esse hic sed esse alibi est contrarium ad esse hic, & duo contraria positiua possunt à Deo coniungi, sicuti potest fieri vt aliquis habeat summum calorem, & summam frigiditatem, quæ sunt duo contraria positiua, sicuti sunt esse hic, & esse alibi, & nullo modo dicunt contradictionem.

8 Neq; obstat vel omné replicationem esse possibilem vel nullam, cum sit

sit eadem paritas, sed omnis est, impossibilis, nam res per nullam potentiam potest esse simul eodem tempore diuersis temporibus, ergo nec simul eodem tempore diuersis locis. Quoniam rem esse simul eodem tempore diuersis temporibus, vel intelligitur replicari res, & sic potest esse replicatio, & nulla adest implicantia, vel intelligitur replicari duratio, & tempus, & hoc non potest esse, sicuti non potest esse replicatio. Vbi, licet possit esse rei Vbicatæ. Quod vero neque vbi neque tempus possit replicari patet, quia sunt sicuti modi qui neque per Diuinam Omnipotētiam possunt distrahi à re modificata: Si enim Deus replicaret alio tempore hunc diem hodiernum non esset amplius dies hodiernus, sed esset Dies illius temporis, in quò replicatur. Pariter si hoc vbi Romanum replicaret Florentiæ, non esset amplius vbi Romanum, sed Florentinum, ergo nec vbi nec tempus, nec alia quæ sunt alligata loco, & tempori possunt replicari, cum dicat cōtradictionem vt patet, sed non dicit contradictionem, quod res quæ est hic, sit alibi, & quod res quæ est nunc, sit alio tempore.

An vbi, & tempus possint replicari.

9 Hinc non sequitur, grauia, & leuia producere naturaliter sibi duplex vbi, vt opinatur Vasquez, qui

ponit, quod si idem saxum sit, replicatum supra manum dexteram, & sinistram, & ego vtramque manum retraham, illud saxum non potius exigit descendere ex vna, quã ex altera manu, ergo ex vtraque descendit, ergo naturalite r operando iniet dupplicem viam atque ita producit dupplex vbi. Quoniam, vel neutrum saxum moueretur in tali casu nè producatur naturaliter effectus miraculosus. sicuti est vnam rẽ inire dupplicem viam: vel ex vtraque manu lapis descenderet, sed non esset accipere, & petere naturaliter dupplex vbi, quia sicuti replicatio non est naturalis, ita nec motus, qui .n. vult esse, vult etiã consequẽtia ad esse, & hoc modo euitantur multa incommoda, quæ possunt adduci contra nostram sententiam:

Dissoluitur contrarium fundamentũ.

10 Ob. si replicaretur, Canis qui est hic Romæ Florentiæ, & hic haberet panem, & manducaret, ibi, non haberet panem, ergo non manducaret ibi, ergo manducaret idem, & non manducaret, sicuti hic esset vulneratus, ibi non esset vulneratus. Ad ista, & similia contradictoria. Respondeo primo Cõtradictorium debere verificari de eodem eodem tempore, & eodem loco, sicuti .n. non est contradictorium quod edat nũc, & non edat Cras, ita non est contra-

tra-

tradictorium quod edat hic, & non edat alibi. Resp. secundo Canem edere hic Romæ, & Florentiæ, & esse vulneratum hic, & Florentiæ; Romæ realiter per circumstantias affixas loco. Florentiæ vero reductiue, & relatiue, sicuti si moritur hic, non viuit ibi.

11 Non impar difficultas est determinare an plura possint esse in eodem loco: per Diuinam omnipotentiam, & affirmatiua sētētia mihi videtur probabilior, quia impenetrabilitas potest superari à Deo, sicuti de facto superauit quando Christus Dominus ingressus fuit Ianuis clausis ad Apostolos, & in Incarnatione in vterum Beatæ Mariæ semper claustro illibato, & intacto, solum per penetrationem.

An in eodem loco possint esse plura.

12 Dicere rationem formalem impenetrabilitatis esse in quantitate facilis est responsio nam Deus aufert impenetrationem nō impenetrabilitatem, vt diximus fuse Centil. 46 de Quantitate. Dicere vero dari penetrabilitatem naturaliter adducendo varias experientias, vt & de Dolia tantundem vini capiente vna cum vtribus quantum sine vtribus, & de Vase tantum aquæ recipiente cum Cinere calido, quantum sine Cinere, & de alijs similibus, facili negotio respondetur, & ad experientiam de

Penetrabilitas an detur naturalis.

Vtre si vera est dicendum quod ideo tantundem capiat Dolium cum vtre, quam sine Vtre quia in Vtribus vinum patitur aliquam maiorem condensationem, quam in Dolio. Ad aliam, vel dicendum quod tam Cinis quam aqua condensantur ita vt ex illis resultet compositum valde densum, vt experientia docet, vel quod insensibiliter deperditur in illa permistione pars subtilior, & aquæ ex calefacte, & Cineris, ergo non est verum quod tantum aquæ capiat cum Cinere quantum sine Cinere.

Vbi an superadditum.

13. Restaret determinare an res locata sit in loco per aliquid supperadditum, nempe per Vbicationem distinctam à re locata, & loco, an vero sit solum res locata, locus, motus antecedens negatio vlterioris motus, & presentia rei ibi; sed quia phylosophandum est in hac materia, sicuti diximus de Actione an distingnatur à termino Cent. 38. n. 8. ideo huc repetenda quæ ibi tradita sunt. Adde tamen hic, quod si daretur Vbicatio distincta, vel esset immobilis, & affixa spatio, vel non esset affixa spatio, sed posset dimoueri. Non hoc secundũ, quia esset indifferens ad esse & non esse in tali spatio, ideoque requireretur alia Vbicatio distincta ad determinandum; At de ista alia Vbicatione eodem modo redit argumen-

mentum,atq; sic in infinitum procederetur. Non primum, quia spatium vel est ipsa vbicatio, & sic vbicatio est affixa sibi ipsi, vel est quid reale distinctum ab vbicatione, & ab illa diuersum, & hoc non potest esse nisi locus, ergo vbicatio penetraretur cū loco, quod non potest dici; non solū quia de se repugnat, & est in intelligibile, sed etiam quia, si hoc esset daretur locus vbicans sine re ibi Vbicāte, quod est impossibile. Si vero dicas quod spatium est actualitas Vbicationum, ergo nō dicis aliud quam rem esse in tali loco, sicuti nos etiam dicimus, ergo nullo pacto debet admitti talis Vbicatio distincta cum ex alia parte omnia bene saluentur sine multiplicatione absq; necessitate talium entium realium, quæ deberent esse innumerabilia secundum numerum rerum, & partium ipsarum, cum vnaqueque deberet habere propriam vbicationem, sicuti haberet propriam durationem.

14 Locus alius est realis, alius imaginarius. Realis est vbi res existit vel est locus, cui res præsens est. Sic Angelus est in Cœlo, quia quamuis nō habeat superficiem vtpotè Spiritualis, ideoq; non possit esse in loco stricto modo, cum sit superficies prima, & immobilis corporis cōtinentis, attamen est in loco tamquam ibi præsens. *Locus realis.*

 sens.

sens. Ita pariter Deus qui vt infinitus potius dicitur cõtinere omnia loca etiam imaginaria illa producẽdo. Locus autem imaginarius, seu potẽtialis est quando superficies nõ continetur actualiter, sed potest contineri: Sicque suprema sphera non est in loco actuali, cum non cõtineatur, & non sit distans tali modo à pũctis fixis, sed dicitur esse in loco imaginario seu potentiali quatenus potest cõtineri alio corpore, si supra ipsã crearetur à Deo alia sphera; & hoc modo potest saluari supremam spheram moueri, cum vnaqueq; pars acquirat locum extrinsecum potentialem alterius partis, ergo non dicitur moueri respectu totius.

Locus imaginarius.

CENTILOQ. XLIX.

De Vacuo.

1 VAcuũ est *locus realis carens corpore contento*, si accipiatur stricto modo, vt hic sumitur ab Arist. Si.n acciperetur vniuersalius prò negatione cuiuscũq; corporis, & cuiuscumque Vbicationis non est difficultas non dari intra ambitum vltimi Cęli, quidquid sit de spatio imaginario supra Cœlum vltimum. Non potest dari naturaliter nec minimũ Vacuum.

Vacuũ quid.

cuum, non solum quia minueretur spatium actuale naturæ, quæ cupit facere suas operationes per lineam rectam, sed si daretur Vacuum quantum vis minimum non potest agere ibi per lineam rectam, nam corpora non essent contigua; sed etiam quia in nostris principijs est vna numero materia in toto Vniuerso ad hoc, vt sit maxima vnio in toto Vniuerso, & Cœlum posset influere, ergo multo magis negandum Vacuum ad hoc vt materia possit libero modo operari, & partes Mundi sint bene vnitæ.

An detur, vel possit dari.

2 Non desunt quam plurimæ experientiæ hoc probantes, vt videre est fuse apud Conimb. c 9. q. p. & aliquas ponam. Prima si quis trahat aerem fistula immersa in aquam, certe aqua ascendit, ita vt si fistula sit in forma triangulari totum exicabit Puteum, si vna pars fistulæ imam pertingat, alia pars extrinseca Orificium Putei, sed quod graue, vt est aqua, ascendat, nulla alia causa dari potest nisi, vt Vacuum euitetur. Secunda Cucurbiculæ Chirurgorum attrahit Carnem, quia rarefacto prius per flammam aere atq; extincta flamma, dum aer cōdensatur trahit aliud corpus, ne detur Vacuum. Tertia si fistula perforata ex vtraque parte impleatur aqua, & postea claudatur foramē superius, certè aqua non de-

descendit etiam si foramen inferius sit apertum, & sic de sexcentis alijs experientijs probantibus Vacuum non posse dari naturaliter.

5 Veteres philosophi contra Aristolem afferũt varias instantias, quibus nituntur probare dari Vacuum

Instantia contraria.

Prima est quod si non esset Vacuum non daretur motus localis, nam lapis palmaris V. G. quando mouetur occupat locum vbi erat aer, ergo vel ille aer est simul cum lapide, vel cũ alio aere, & sic daretur penetratio corporum. Secunda est quia, cum scinditur lapis durissimus simul omnes partes discontinuantur, ergo simul deberet ingredi aer inter illas, sed non potest ingredi statim inter partes intermedias, ergo daretur vacuum saltem ad breue tempus. Altera est de lucerna in qua infuso per angustum foramen oleo, & iniuncto per idem foramen lycno deficiente paulatim oleo, cum non possit ingredi aer datur Vacuum. Accedit corpus planum tangere aliud planũ immediate, sed talis contactus nõ potest fieri sine Vacuo, nam, vt planum tangat alterum suprapositum debet egredi totus aer interceptus, sed nõ potest egredi aer correspõdens partibus medijs quin egrediatur elateribus, ergo vel mediat aer, vel saltem ad breue tempus datur Vacuum. Sed

istæ,

istæ, & aliæ instantiæ quæ possunt adduci si attente perpendantur nullo modo probat Vacuum. Et ad primam dico in motu locali dari aliquã condensationem in fronte, & rarefactionem à tergo: Itaq; aer posterior rarefactus succedit in locum corporis quod mouetur, & ista rarefactio, non est in infinitũ, sed semper euadit minor, & minor vsque ad certum spatiũ, quemadmodum etiam condensatio aeris in fronte, & per talem condensationem datur locus corpori vt possit moueri, & euenit sicuti apparet in saxo demisso in aquam, & sicuti mouentur Pisces in aqua. Ad secundam dico saxum nõ rumpi simul sed successiue, licet breuissimo tempore, & sic ingreditur aer successiue. Ad aliam dico oleum inclusum calore luminis rarefieri præsertim in partibus quæ sunt propinquiores lumini, adeoque per illas aer subtilissimus potest paulatim ingredi maxime cum oleum multũ aeris habeat quod depræhẽditur quia super alios liquores eleuatur. Ad vltimam dico quod remaneat velũ subtilissimũ aeris quod simul cum corpore supposito potest tenere ingentem molem, sed quia hoc videtur valde durũ quamuis consonum menti Aristotelis tertio de anima c. 11. Tèst. 113. vt videre est apud Conimb. loc. cit. art. 5. §. 4.

Solutiones.

Curalenm aereum

§.4.*satisfit* ideo dico etiam cũ Conimb. ibidem quod non possint simul tangi secundũ omnes partes duæ Tabulæ perfecte planæ, cum experientia constat Tabulam planam nõ posse simul totam ab aqua extolli, quin pariter aqua Tabulæ inhærens in sublime feratur, ergo sicuti non potest seiungi simul, sic non potest dari quod simul secundum omnes partes se tangant.

Corpus subsequens à quo attrahatur.

4 Quia diximus ad tollendũ Vacuum per attractionem aeris attrahi etiam aqua, est dubium à quô nã fiat ista attractio aquæ. Opinor cũ comuniori fieri ab ipso met attrahente aerem quia experitur ab ipso attrahente aerem maius pondus quando attrahit etiam aquam, ita vt multoties non possit attrahere ex maximo põdere corporis sub sequentis, atq; hinc pãtet non ascendere propria virtute corpus sequens, quia non sentiretur maior difficultas; Neq; trahi à Deo, vel ab intelligentia, non solum ex ratione supradicta, sed etiam quia recurrere ad virtutem extra ordinem naturæ præsertim sine necessitate nõ est philosophicè discurrere.

An daretur motus in Vacuo.

5 Etiam si daretur Vacuũ adhuc ibi corpora naturaliter non mouerẽtur, quoniam si ignis V. G. moueretur naturaliter sursum deberet relinquere spatium quod obtinet, & acquire-

re

re aliud, & aliud spatium quod relinquit nō potest occupari alio corpore. ergo naturaliter per illum motum naturalem constitueretur Vacuū in spatio relicto vt patet. Sed vidimus supra non posse naturaliter dari Vacuum, ergo non posset ibi naturaliter dari motus.

6 Si autem velimus dari in Vacuo motum, tamen nō posset concedi ibi motus instantaneus cū limitatio velocitatis habeatur absq; resistétia medij de natura creaturarum quæ quātum vis perfectæ, habent limitatā potentiam vt constat in Angelo, qui mouetur de Coelo ad Terram nō in istanti, & tamen non habet resistentiam medij quā resistentiam nec Coelum patitur in suo motu circulari, & tamen mouetur successiue. Accedit quod non solum non datur instans indiuisibile, vt vidimus, sed si daretur motus in instanti, aqua palmaris V. G. quæ est in Nubibus esset etiam sine replicatione in Terra eodem instanti, si à nube ad Terrā esset Vacuum, ergo illa aqua palmaris nō esset palmaris sed esset tāta quanta tota intercapedo quæ reperitur à Nube ad Terram, contra suppositū. Quod vero Aristoteles sæpe sæpius dicat grauia, & leuia moueri in instāti in Vacuo, si daretur; hoc asserit non ex propria sentētia, vt ait S. Th. Tex. 64. sed

An esset in instanti.

sed argumentando cōtra Veteres, qui asserentes causam motus esse Vacuū, bene possunt deduci ad concedendū hoc impossibile, mobile debere moueri in instanti in Vacuo.

CENTILOQ. XXXXX.

De Tempore.

Sitne tēpus intelligibile.

1. NIhil difficilius intentari potest, vt ait S. August. lib. 11. Confessionum c. 14. vbi ait *quid est ergo tempus? si nemo ex me quærat scio; si quærenti explicare velim, nescio*, & S. Th. tract. 1. de tempore asserit difficultatem intelligendi tempus oriri, & ex parte virtutis intellectiuæ in nobis, & ex defectu intelligibilitatis in tempore, cumque minimam habeant entitatem minimam etiam habent intelligibilitatem. Tempus vero minimam habet entitatem cum non possit existere actu secundum se totum, adeoq; minimā intelligibilitatē.

Datur tempus.

2 Quod sit, patet ex varijs locutionibus hominum, qui dicunt heri, cras, hodie, &c. quæ tempus significant Et quamuis Aristot. 4. Physicorum tex. 88. asserat impossibile esse omne compositum ex eis, quæ non sunt, vt accidit in tempore, quod componitur ex præterito, & futuro,

ro, quæ non sunt. Adhuc tempus componitur ex ijs quæ non sunt simul, non tamen componitur ex ijs, quæ non sunt vllo modo, neque successiue; tempus. n. componitur ex futuro, & præterito quæ sunt successiuè, & quod est successiuum, vt est tempus potest constare ex ijs quæ sunt successiuè, vt docet idem Aristoteles 9. mech. & S. Th. loc. cit.

Constat ex ijs, quæ non sunt.

3 Dupplici modo potest sumi tempus intrinsecum .s. & extrinsecũ, Extrinsecum dicitur *numerus motus secundum prius, & posterius*. Dicitur *numerus*, qui non sumitur in abstracto vt cum dicimus binarium, ternarium &c. sed in concreto, vt cum numerum rei applicamus, sicuti quando dicimus binarium hominum, lapidum, &c. & hoc secundo modo acceptus numerus non consideratur hic quatenus coalescit ex pluribus partibus re ipsa distinctis, sed ratione, & potentia distinctis. Dicitur *motus*, & quatenus est conuersio, & circulatio supremæ sphæræ, quæ vt vna, vnum est tempus, & quatenus cæteræ mouentur, & fluunt, & mensurantur per ordinem ad motum primi mobilis, & sic vnaquæq; res habet proprium tempus. Dicitur *secundum prius, & posterius*, quia tempus est de ratione continui successiui, cuius partes non sunt simul; sed est vna post aliam.

Tempus extrinsecum quid.

4 Ex

4 Ex tali explicatione definitionis habetur tempus extrinsecum esse circulationem primi mobilis qua durationes temporaneæ mensurantur; Nec per hoc tempus non distinguitur à motu, potest enim considerari in motu, successio ipsa partium per motus, quod nimirum vna pars sit prior, alia posterior, quæ successio cum sit mora, quæ dicat numerum partium motus, cũ ipsum mẽsuret, est etiã proprius cõceptus ipsiusmet tẽporis, à quo velocitas, & tarditas desumitur, & ex spatio, quod pertransitur; dum n. pertransitur spatium æquale, & numerabiles sunt pauciores partes temporis, motus velocior est, tardior verò in quò dum transitur spatium æquale numerabiles sunt plures partes temporis. Sed quia ad mensurandum requiritur mensura, quæ sit prima, & non mensuretur alia mensura, sed innotescat per se ipsam, vt ait Arist. qui vult etiam quod mensura sit minimum talis generis, vel vt tale consideretur, sic momentum erit mensura temporis.

In quo distinguitur à motu.

Tarditas, & velocitas motus vnde.

Mensura qualis.

5 Tempus verò intrinsecum, hoc est propria cuiuscunque rei duratio mensurabilis à duratione motus primi mobilis; aliud est creatum, aliud increatum. Increatum soli Deo conuenit, cum tempore extrinseco men-

mẽsurari non possit. Principio. n. ac fine caret, & dicitur duratio æterna siue æternitas, quæ à Boetio definitur *interminabilis vita tota simul, & perfecta possessio*, adeoq; indiuisibilis est; & per eam Deus est præsens essentialiter omni tempori, quemadmodum per immensitatem est præsens omni spatio. Creatum dum conuenit natura sua incorruptibilibus, vt Angelis, & animæ rationali dicitur Aeuum, quod habet initium, sed fine caret: Dum vero conuenit rebus corruptibilibus appellatur duratio,

Duratio intrinseca quid

Quotuplex.

6 Differt autem Duratio creaturarum à duratione diuina non solum quia Duratio Diuina est interminabilis, duratio verò Creaturæ est terminata vel saltem, terminabilis, cum semper sit sub omnipotenti manu Dei, verum etiam differunt per hoc, quod duratio Dei est illi essentialiter. non. n. potest non esse Deus sed necessario coexistit omni tempori, aliter non esset Deus, sed diceret imperfectionem: duratio autem Creaturæ est illi accidentalis cum contingenter existat. Atque hinc soluitur quæstio illa vtrum possit à Deo creari duratio, quæ sit indestruibilis ita vt creatura, per illã durationem V. G. horariam indestruibilem nõ possit d xtrui in semihora, quia indestruibilitas illa nõ habetur ex natu-

Differentia Durationum

tura durationis creatæ, sed ex Decreto Dei, atque sic potest concordari Pater Ariaga asserens posse dari talem durationem, cum alijs comunter hoc negantibus.

7 Quemadmodum tempus extrinsecum habet maximam conuenientiam cum loco extrinseco, ita duratio intrinseca cum Vbicatione intrinseca; Itaque sicuti diximus Vbicationem intrinsecam non esse aliquod superadditum, & à re vbicante distinctum, ita nec duratio est quid positiuum intrinsecum superadditum rei duranti, & ab ipsa distinctum, & patet non solum ex allatis Cent. 48. n. 13. & Cent. 45. n. 9. & 10. & præcipue Cent. 38. n. 8: Verum etiam quia si res permanens vt Angelus V.G. duraret, per durationem distinctam, & superadditam non esset amplius permanens, sed fluens, sicuti est fluens dies hora, &c. Duratio. n. intrinseca Angelo flueret sicuti duratio annualis, horaria, &c, sed si daretur perpetuus fluxus durationum in Angelo, iam Angelus non haberet suum esse fixum, & permanens, ergo res permanens non esset permanens, sed fluens:

Duratio non est quid superadditum.

8 Neque respondeas quod eius fixum sit mobile secundum durationem, non verò secundum essentiam, & existentiam: sicuti mobile dum mo-

mouetur est semper idem, quoniam retorqueo argumentum; sicuti mobile dum mouetur est idem; at non immobile, ita dum existentia durat per durationem distinctam superadditam, & maxime intrinsecam existentiæ, ipsa existentia non est permanens, sed fluens, vt est fluens duratio per quam ipsa existentia durat; quod enim habet durationem fluit, sed existentia habet durationem, ergo fluit, ergo non est permanens. Quemadmodũ quod haber motũ mouetur; sed mobile habet motum, ergo mouetur.


9 Ne detur igitur hoc absurdum negandum est Durationem esse quid positiuum superadditum, & à re durante distinctum, quod euincitur etiam quia sicuti per Aduersarios ne detur processus in infinitum, hora V.G. vt habeat hanc durationem non requirit durationem distinctam, & superadditam ipsi horæ duranti, pariter nec V. G. Angelus vt habeat hanc durationem requirit durationem distinctam, & superadditam ipsi Angelo duranti, quatenus habet talem durationem nõ est amplius indifferens ad hanc, vel aliam durationem habendam; sicuti paries dum habet albedinem non est amplius indifferens ad esse album, vel nigrum, . Vide Suar. disp. 5 met. sect. 2. Et Vasq. 1. p. disp. 33. cap. 3 *Alia ratio.*

10 Tem-

10 Tempus pariter vt locus, aliud est actuale, seù reale, aliud imaginarium. Reale est quando actualiter, & realiter adest *numerus, seu mensura motus supremæ sphæræ*, ad quam omnes mensuræ reducuntur, vt ait Suarez cum comuni. Imaginarium autem est quando nullus adest motus, & sic si cum suprema sphæra omnia quiescerent, dicerentur esse in tempore potentiali, quatenùs durationes omnium creaturarum possent mensurari motu supremæ sphæræ si daretur: vere tamen non essent in tempore reali, & actuali, quia vt ait S. Aug. loc. cit. Tempus includit præteritum, & futurum, sed si essent omnia in quiete non aduenirent futura, & præsentia semper starent, & immobiliter fixa permanerent, ergo non esset tempus realiter, sed potentialiter. Pariter creatio Mundi non potest dici propriè fuisse in tempore, adhuc n. non erat circulatio primi mobilis, adeoq; nec mensura motus secundum prius & posterius, neque fuit creatus ab æterno cum in Genesi habeatur in *Principio creauit Deus Cœlum, & Terrã*; quę locutio inuoluit Tempus, seù initium durationis temporaneæ, ergo mundus fuit creatus in tempore imaginario, hoc est in ipsa præsentia æternitatis.

tempus reale.

Imaginarium



FINIS PRIMAE PARTIS.



